(2) Circulus (*in dolio*) 420. ein Reyff.

ſemiCircŭlus, Halb Circkel.

-lāris, 519. Circkelrund.

ſemiCircularis, 203. Halb Circkelicht.

-lāre (*aliquid*) *circulare efficere:* Rundmachen / auß Circkeln.

(2) *circuire*, umbLauffen / umbSchweiffe.

-lātim, 540. Rings umbher / umbher.

-lātor, 839. Abenthewrer / ein umbSchweiffer / Landſtreicher.

(2) Der auf dem Ringe predigt / wie die Theriacks krämer / Zahnbrecher.

-lario, 464. Umblauffung.

Circĭ-nus, *instrumentum divaricabile, cujus altero pede fixo, altero circumducto, circulus efficitur:* 527. einCirckel / (damit man Ziehet.)

-nāre, *circino circulū facere*, Circkeln.

deCircĭnare, abCirckeln.

Circus (2) *erat Romæ* circulari *ambitu, ubi* circenſes *ludi peragebantur.*

Circulator (1) *discurrit* circulatim: circa quem in Circo (1) circiter *innumeri homines concurrunt.*

Circino circinamus *ac* decircinamus circulos, & ſemicirculos.

Circius *agit ſe* circum-circa: iccirco *circumagit omnia.*

-us, ventus qvidvis circumagens: ein Wirbelwind.

Circ-a (& -um) nota sitûs rei, rem aliã undiq; ambientis: 28. 105. &c. Umb.

-iter (ad numerum refertur) 215. 748. ungefehr umb / ungefehr / Bey nahe.

-umcirca, 542. Umb und umb; Rings umbher.

-umqvâqve, 888. idem.

idCircò, 68 (icCirco, qvoCirca, 163.) DarUmb.

Cirnĕa, (alijs Hirnea) vas qvô vinum ad mensam fertur: WeinKrug. [à κιρνάω, misceo, pocula impleo.]

Cirr-us, in qvarundam avium capitibus in cirrum torta pluma: Feder-Haublein / Zapffhelm / Kuppe. [à γύρεος gyratus, vel à κέρας, coma.]

-ātus, cirris ornatus: 141. geHaubelt / geKuppet.

Cis, 562. (& Citra) nota sitûs ante terminum: (über.

Ex hac parte: Diesseit; Hieherwerts / Her

(2) Citra, nota privationis, sine; 618. 631. &c. Ohn / Ausser.

Cĭt-ĕrior, Näher (Diesseits)

-ĭmus, Nähste (dieß seits.)

Citra f... men ha... tantes ... alijs citer... res sun... qvidam ... bis citi... citra (2) ... bium.

Cĭsium, vehiculū birotum: 439. HalbeKol... [q. Cæsium. i. e. casus currus.]

Cist-a, arca minor: 628. Kiste / Lädlein / Trühlein. [κίστη, à κεῖσθαι, reponendo.]

-a viminea, Kober.

Cistæ ... lis ... sterna, qva ... tur cis...

-ŭla (& -ella, & -ellŭla) Kistlein / Köberlein.

-erna, *aqva pluviæ receptaculum, arte factum*: 780. Cistern.

-ernīna (*aqva*) Cistern-

na aqva: sed cista viminea non continet aqvam.

Citare, v. Ciere. *Citerior* v. Cis.

Cĭthăr-a, *instrumentum musicum fidibus aneis*: 475. Citter. [κιθάρα]

-ista, (*m.* & -istria, *f.*) Citter-Schläger (-in)

-ædus *idem*: *sed qvi simul canit*; Citter-Sänger. [ὰ κιθάρα, & ἀοιδὸς, *Cantor.*]

Citharâ *ludit* Citharista, & Citharistria; Citharædus *canit ad citharam.*

Citra v. Cis.

Citr-us (*i, f.*) *arbor Medica*; Citronen Baū. [κιτρέα]

-ĭum, 114. (& -ĭnum) Citronen Apffel.

Citus v. Ciere.

Cīvis, (*is, m.* & *f.*) *persona politica, societatis urbanæ membrum*: 785. 787. ein Bürger (-in) [*q.* Coivis, *à coeundo in societatem.*]

(2) *membrum Regni*: Landsgenoss / Patriot.

(3) Civis (& con-Civis, 652. *s. a. v.*) Mitbürger / Landsman.

Cīvĭ-tas (*dim.* -tātŭla) *civium communitas*, Bürgerschafft.

(2) *urbs ipsa à Civibus habitata*: 778. &c. Die Statt.

Civis, (1) *h. e. incola* Civitatis (1) *cùm sit pars* civitatis (1) *fruitur* civico *jure* civilibusq́; *privilegijs*: *sed debet suis* Civibus (3) (Concivibus) Civilitatem.

-eus, ad civitatem spectans: 771. 785. Statt- (Zur Statt gehörig.) (ger-

Civi-lis, ad cives spectans: Bürgerlich/ Bür-
(2) Tr. benè moratus (qvia cives agricolis politiores) 856. Höfflich.
incivilis. 856. Vnhöfflich.
-liter, Höfflich.
-litas, 651. Höfflichkeit.
Incivilitas, Vnhöffligkeit.

Incivilitas morum reliqvenda est rusticis.

Clādes, (is, f.) multorum in bello strages. Niederlag: [a G. κλαδεύω, amputo seco.]
Tr. Schaden / Vnfall.

Clam, inscio aliqvo, Hinderwerts/ Hinder (eines wissen.) [ab H. galam, occultum esse, latitare.]
(2) occultè, 894. Heimlich.
Clan-cŭlum, 835. idem. [q. geminatè clam clam.]
-cŭlārius, 830. & -destinus, 739 883.) clam exsistens: Heimlicher.
-destīnò, Heimlich.

Qvod cla... (1) aliis, ... fit, clanc... larium e... sed & cla... destinò f... cta prop... labuntur... tandem.

Clām-āre, 253. (-itāre) intensâ voce loqvi; Schreyen.
[καλέω, voco.]
-or, 251. geSchrey.
-ātor, Schreyer/ SchreyHalß.
-ōsus, 145. (& -ātōrius) Schreyig/ Schreyerisch/ Schrey-
acClām-āre, Zu Schreyen / ZuRuffen/
(2) Tr. glück wünschen.
-ātio,

Qvi cla... sâ voce... tiliter ... mat, cla... tor est. ... lis au... fit cla... qvum ... qvem i... mamus ... pericul... aut ...

-ātio, ZuRuffun g. (2) glückWünschung.
conClāmāre, *ad arma vel ad funus convocare*; ZusamenSchreyen/beSchreyen.
deClām-āre, (-ĭtāre) *exercitij gratiâ perorare*, sich in Wolreden üben.
-ātio, Redenübung.
-tor, Reden übner.
-tōrius, Zu Redenübung Dienlich.
exClām-āre, 687. auß (oder überLaut) Schreyen.
-ātio, 687. ein außSreyen.
inClāmāre, 830. anSchreyen.
proClāmāre, *clamore promulgare*: 739. außRuffen/ aufBieten.
reClāmāre, Darwider Ruffen/ oder Schreyen.

mamus *importuno ℣afori*; *aut* exclamamus *q℣ûm q℣id valdè miramur*; *aut* proclamamus *res ℣enales*; *aut* conclamamus *desparatas*; Declamant *etiā utiliter* declamatores, *perorando fictas causas, ut q℣eant ℣eras*.

Clanculum & *Clandestinus*, v. Clam.

Clang-ĕre, [*clanxi*, †] *clarâ & acutâ voce sonare*, 252. (scharff) Klingen. [κλάγζω.]
-or, (*ōris*, *m*.) 895. Der Klang.

Clār-us, *purè lucidus*: 591. **Klar.** [*à G.* γαλερὸς, *serenus*, *lætus*.]
(2) *celebris*, 726. 782. beRühmt.
-è, 582. & -iùs, 204. Klärlich.
-ĭtas (& -ĭtūdo, & -or.) Klarheit.
-ēre, [*ui*, †] *clarum esse*: Klar seyn. (2) 572. beRühmt seyn.
-ēscĕre (& inClarescĕre, 706.) *clarum fieri*: Klar werden / Klarer (2) 706. Berühmt werdē. (werden.
-āre, & -ĭficāre) Klar machen.

Clara *dies* clarè claret; clarescit *tamen etiam, nubilosa si sol* claritudine *suâ aërem* clarificet. Clarus *hostis dum* clarigat, *suâ* clarigatione *hostilem animum* declarat.

deClā-

deClārāre, 591. erKlären/ erLautern.
(2) *exhibere*, 665. erZeigē/beweisen.
-igāre, *clarâ voce bellum* (*ni fiat restitutio*) *denuntiare*: 886. Krieg Klärlich ankündigen/ Frieden abSagen.
-igātio, abSag brieff.

Class-is (*is*, *f.* -icŭla) *ordo civium Romæ, secundùm possessiones* (*censûs gratiâ*) *qvinq; partitò distributorum*: 195. Ordnung/ Schicht. [*q.* Calassis, *à Calando, i. e. conVocando ad censum.*]
Hinc
(2) *Series navium in mari*: 913. Schiff Armada.
(3) *studiosorum in Scholis Classes dicuntur*:: ein Classis.
-ica (*Schola*) 505. in Classes unterschiedē.
-icus (*author*) *qvi in classe* (*& censu*) *Eruditorum est, ideoq; fide dignus.* (*Romæ enim nemo testari poterat, nisi civis classicus.*) (1) Ordentlich. (2) beWehrt/ (glaubwürdig.)
-icum (*sc. signū*) *qvô classes ad prælium excitantur*: ein Lermen.
-icum canere, 895. Lermen blasen.
-iārij milites, 913. *qvi in classibus stipendia faciunt*: Schiff Soldaten.

Classis *marina* (2) *distributa in* classes (1), *habet* classiarios *milites, qvibus* classicum *canitur.*
In classicis (1) *scholis per singulas* classes (3) classici (2) *Authores explicantur.*

Clathr-us (& -um) *cancelli lignei:* 404.
Geschrenck. [*à G.* κλεῖθρον, *claustrum.*]
-āta (*fenestra*), 732. geSchrencket / geGittert.

Clau-dere [*si, sum*] (& Cludĕre) *nè introitus pateat, operire;* 249. 403. Schliessen / Sperren / (zuThun / zu Machen.) [κλειδῶ]
-sus, ZugeSchlossen / verSchlossen / verSperret.
-sŭla (& Conclūsio) *finis rei, ubi res concluditur:* 496. 827. *C.* Der beSchluß / Clausel.
(2) Conclusio, *apud Logicos:* 587. Der Schluß.
-sūra (*vel* Clūsūra) *instrumentum quô quid clauditur:* 493. Schloß / Clausur.
-sum, *locus clausus:* verSchlossen ort / Klause.
Clūsilis, zuSchliesslich.
Claustr-um, *idem quod* Clausum.
(2) *Et sera,* 403. 415. Schloß.
-ārius, *qui claustra facit:* 415. ein Schlösser / Kleinschmied.
CircumClūdĕre, umbSchliessen.
ConClū-dĕre, 358. 692. Zusammen Schliessen / beSchliessen.
-sus, *a, um,* 785. was beSchlossen ist.
DisClū-dĕre, 870. von einander Schliessen / (von einander) Scheiden / sich abSondern.
-sus, 870. (von andern) abgesondert.

Claude clusilem *librum* clausurâ, clausumq; reclude. Clausula concludit *sermonem.* Clausa *viarum* præcludunt *hosti aditum,* *eumq;* excludunt, *aut etiam* intercludunt, & circumcludunt. Claustrarius *facit* claustra, (2) *ad* occludendum *cistas,* *qvibus aliqvid* includimus. *Qvod nolumus commisceri aliis,* secludimus *in* seclusorium.

exClū-dĕre, 907. 962. außSchliessen.
(2) *Tr.* exClūdĕre (*ova*) 136. außBrütten / außSchleissen.
-sivè, (*s. a. v.*) 564. außSchliesslich.
inClu-dere, 93. 115. 573. *&c.* ein Schliessen.
-sivè, (*s. a. v.*) 564. ein Schliesslich.
interClūdĕre, Zwischen etwas Schliessen.
(2) *Tr.* 886. verLegen / be Nehmē (die Strasse)
ocClūdĕre, 403. 420. ZuSchliessen.
præClūdĕre, verSchliessen.
reClūdĕre, 573. aufSchliessen.
seClūdĕre, 503. 578. beyseit Schliessen / absondern.
seClūsōrium, 358. neben beHaltnuß / Helder.
semiClausus, 290. HalbZu / halb offen.

Claud-us, *qui ob pedis vitium rectè incedere nequit*: 292. Lahm (an Füssen) / Krüppel / Hinckend. [*à χωλότες, claudiras.*]
-ĭcāre, 292. Hincken / Lähmen.
-ĭtas, Das Hincken.

Claudus claudicat : *impostor quandoque simulat* claudicatem

Clāva, *fustis capitatus*: 362. 899. Keule / Kolbe [*à κεφαλὴ, caput.*]
(2) *baculus è metallo cum capite acuto* : Türckisch Pusican.
(3) Clāva (& Clāvŏla, 324.) *surculus arboris utrinque præcisus, plantationi aptus* : Pfropffreiss.

Clāvī-s, *instrumentum seram obserandi & reserandi*: 415. 957. Schlüssel. [*G. κλεὶς, Doricè κλαὶς.*]

Clavis *servit* c... vi...

-cŭla, Schlüßlein.
(2) in animali os subjugale, 219. V. Jugulum.
-cŭlārius (-ia) cui claves commissæ sunt: SchlüsselTräger / Schleusserin.
conClāv-e (& -ium,) pars domûs anterior, claustro firmata: 405. 732. Kammer / ein Gemach.
-ātæ (res) quæ sub clave sunt, i. e. obserata: verSchlossen.

vicularia, ad conclavatas, res è conclavi depromendum.

Clāvus, vinculum rerum solidarum, ut fixè cohæreant: 397. 403. ein Nagel. [G. ἧλος, fortiori aspiratione additâ, q. Chelavos: Vel ex ἐφηλόω, clavum infigo.]
Clāvŭlus, Zwecklein.
(2) verruca in pede; HünerAug / Liddorn.
(3) gubernaculi manubrium; 449. SteweerRuder (Hefft.)
(4) bulla aurea ornatûs gratiâ vesti annexa: Knopff an dem kleid.
tus Clāvus, & Tunica laticlāvi, & LatiClāvium, clavatum pallium. KnopfMantel / Rathsherren tracht.

Clavum (1) in git faber: clavus (2) premit pedem; ad Clavum (3) sedet gubernator; clavum (4) in laticlavio clavata Veste) gestabat Romanus senator.

Clēmen-s, parcere pronus: Gnädig. [ab H. Chamal, clemens fuit, pepercit.]
-ter, Gnädiglich.
-tia, Gnade / Gnädiglichkeit.
Inclēmen-s, unGnädig.
-ter, unGnädiglich.
-tia, unGnade / unGnädiglichkeit.

Clemens dominus dominatur clementer: inclemens suâ inclementiâ reddit se exosum.

Clĕp-ĕre, [*si, tum*] *furari.*
[*Græcùm, Plauto tamen usurpatum,* κλέπτειν.] Stehlen.
-ta, (*m.*) *Fur,* Dieb.
Clĕps-ӯdra, *horologium aqueum,* [*ubi per foramē aqua furtim destillabat.*] 463. Wasser uhr / Wasser seyger.
-ammĭum, *horologium arenariū:* 463. Sanduhr.

Clepta clepit quicquid potest; vel clepsydram aut clepsammium.

Clĕr-us [κλῆρος; *H.* goral] *L. Sors.*
(2) *Tr. spiritualis sors: Ecclesiastica dignitas:* 966. Die Geistligkeit / Clerisey. (Person.
-ĭcus, *ecclesiastica persona:* Geistliche

Clerici, Clerum (2 recepti secularib distincti sunt,

Clībănus, *furnus æneus portatilis:* 471. ein klein Offen von Metall. Probier Offen.
[*G.* κλίβανος]

Clien-s, (*tis, m. & f.*) *qui se patrocinio alterius dedidit;* 760. 829. Schutz genoß / Schirmkind.
[*q.* Clinans, *h. e. inclinans se sub tutelam.*]
-ta, *femina cliens:* 760. Schutz genossin.
-tēla, *clientis tutela;* Schutz / Schirm.
-tēlārĕ *prædium:* Lehens gutt.

Cliens clienta clientel bus bo sunt f clientel tront.

Clīmă, (ătis, *n. declinans terræ tractus:* ein Welt Kugel neige. [*G.* κλίμα, *inclina*
Climactēricus annus, 805. ein Wechsel Jahr.
Climax, (*ácis, f.* κλίμαξ, *scala, gradatio.*] 688. Felwider Holung.

Clīnāre, *molliter flectere, aut vergere*, Neygen/ Lencken/ (Lehnen.)
[κλίνω] *parum usit. Sed Comp.*

AcClīnāre (*se*) (sich HerZu) Neygen.

DeClīnāre *deorsū clinare*: Neygen/ abweichē.
(2) (*aliqvid*) 636. 827. Sich (von etwas) Lencken/ Meiden/ ablehnen/ abWenden.

indeClīnābĭle, *qvod vitari nō potest*: unablehnlich/ unabWendlich.

InClīnā-re (*in aliqvid*) (Sich auf etwas) Neygen (Lehnen.)
(2) Hin Hangen/ Hin Lencken.
-tus, geNeyget.
-tio, 606. (& -tus, *ûs*) ZuNeygung.

ProClīnāre, *extra se inclinare*, Für sich Hangen.

ReClīn-āre, Zu ruck (sich) Lencken/ Sich Legen.
-atio, 732. (Nieder) Legung.

Arbuscula qvæ se ad terram acclinat, & *forte nimis* inclinat (2) *ac* proclinat, *debet* reclinari. *Qvi à Virtute* declinat *ad Vitia, accersit sibi* indeclinabile *malum.*

Clīnĭcus, *lecto affixus*: 812. Bettriesf / LagerHafftig.
[κλινικός: *à* κλίνη, *lectus.*]
(2) *Medicus eum visitans*: Patienten besucher / Artzt.

TriClīnĭ-um (& -arium) *cœnaculū tribus lectis discubitorijs, mensam cingentibus, instructum.* (*Antiqvi enim accumbebant mensis, non assidebant.*) Esse Stube / Taffel Stube.

TriClīniarcha (*seu* Architrīclīnus) *qvi tricli-*

Clinicus (2) *visitat* clinicos (1) Architriclinus *præest* triclinio.

O

triclinio praeest, convivij instru-
ctor: Speisemeister.

Clipeus v. Clypeus.

Clitell-æ, sellæ dorsuariæ, quæ jumentis im-
ponuntur ad onera commodiùs gestand.
443. Saumsattel. [κανθήλιαι: à κάνθων, asinus.]
-ārius (equus) 443. Saum- (Roß) Lastträger.
Lastragend-

Clīv-us, (& -um) inclinatum
Montis latus: 431. Die Seite des
Berges; Thalhenge / Stickeler Weg / ab-
hangender weg. [à κλίνω, inclino.]
(2) idem quod Collis. Hügel.
-ōsus, Thalhengicht / Hügelicht / Stickel (e / es)
acClivis (& -us) sursum vergens: 431.
Berg an / Aufwarts / Berg auf.
deClīvis, deorsum vergens. 431. Berg un-
ter / Niederwerts.
proClivis, ante se pronus: 617. 884. (vor
sich) geNeygt. (geleget.
reClivis, 746. ruckwerts geNeyget / Rücklings

Clivus vosi mons ascendentibus est acclivis, descendentibus declivis. Cautes rò alia clives, reclives stanti.

Cloāc-a, cavitas quâ sordes effluunt:
Anzucht / Schlippe. [q. Colluaca, à Colluo.]
(2) in sp. Heimlich Gemach.
-ārium, Fegegelt.

Cludere, v. Claudere.

Cluēre, nuncupari, haberi; 107. Etwa
Halten / (oder geNennet) werden. [à κλύω, audio.]
inClūtus, & inClўtus, 562. celebris;
[κλυτὸς, à κλείζω, celebro.] beRühmt.

Clūn-es, *(ium, m. f.) carnosæ natium partes ad sedendum commodiùs datæ*: 211. Die Arß backen / Hüffte / Das geSässe.
[ἀ γλουτὸς, *idem*: *vel* ἀ κλόνις, *venter.*]
-ăcŭlum, *culter jugulatorius*, 362. StechMesser / Schlacht Messer.

---

lўpe-us, *pectorale tegumentum*: 888. ein Tartsche. [ἀ καλύπτω, *tego.*]
-atus, *clypeo munitus*: 194. mit Tartschen bedecket. Schild-

---

lyster, *purgatio quæ per inferiora inditur* 819. Clistier.

---

ctus, v. Agere. *Coagulum* v. Cogere in Agere.
lescere, v. Alescere.

---

oa-x, *sonus ranarum*; Qvax.
-xāre, *ita sonare*: 194: Qvaxen / oder Qvarren.

---

bius (& -io) v. Gobius.
obitis ſ barbatŭla, 154. Schmerling.
  ľ acŭleāta, 154. Steinbeiste.

---

cc-us [κόκκος] *frutex grana ru bicundissima tinctoria ferens*: 266. Carmesin- oder Scharlach- staude.
-um, Scharlach beehren.
(2) *Color ipse inde factus, purpuræ similis*. Scharlach Farbe / Carmesien Farbe.
-ĕus (& -ĭnĕus, & -ĭnus) Scharlach- roth / Carmesin- roth.
-ĭnum (*sc. pigmentum*) Scharlach- (Carmesin-) Farbe.

Coccus *fert* cocca, *è qvibus coqvitur* coccinum: *ex hoc autem fiunt* coccineæ *vestes, qvibus superbiunt* coccinati.

-ĭnātus, coccineis vestibus indutus, in Scharlach gekleydet.

Coccyx [κόκκυξ] igis, L. Cuculus.
Os coccўgis, imum ossis sacri. unter Creutzbe[in]

Cŏchlĕ-a, limacis testa, Schnecken Häußlein. [κοχλίας: ἀ κοχλῶ, gyro, in orbem verto.]
(2) limax ipsa, 128. Schnecke.
(3) torcularis columnella, spiratim striata: 460. Spindel in der Presse/ (oder Kelter.)
(4) operculum lagenæ striatum: Schraube.
(5) machina haustoria, (aliâs Archimedea Cochlea, 462.) Wasser Schraube.
(6) scala similiter rotunda: quæ aliâs Cochli-des, & -dia, 405.) Runde Stiege / Wendel Stiege/ Schnecke / Wendel Treppe.
-ar (& āre) vasculum cavæ cochleæ simile, quô jusculâ hauriuntur: 854. Löffel.
-āria, (sc. herba) quæ folia habet cochleari similia: Löffelkraut.
-ārium, mensuræ genus: 525. Löffel

Cochlea tegit c[...]
chleā(2)
chlea (3)
in prel[...]
cochlea
ad lag[...]
Cochlea
(seu Co[...]
dia,) in
mo:
chlear,
mensa
chleari
horto:
chlear
in ph[...]
copæo

Cocles, v. Oculus. Codex, v. Cauda.

Cæc-us, oculis captus: 307. Blind [q. sc-ocus, i. e. sine oculis.]
-ĭtas, Blindheit.

C[...]
det[...]
cæc[...]
par[...]

-āre, (ex- & oc- Cæcāre) Blenden / verBlenden/ Blind machen.

-utire, 307. (& -ultāre,) Blindentzē (ubel sehen.)

-īlia, *serpentis genus cæcum*, 131. Blindschleyche.

Cæciliæ cæcitas *innata est: cætera animalia Varijs causis* cæcantur.

Cœlebs (*ibis, g. c.*) *matrimonij exsors*: 736. Eheloß. [*Scaligero ex* κοίλιψ, *conjugij expers.*]

-lĭbātus, (*ûs*) Eheloß leben (oder stand.)

Cœlum, *cavandi instrumentum, v. Cælum, sub Cædere.*

Cœl-um, *superior mundi pars*, 16. Himmel. [ἀ κοῖλον, *cavum.*]

-ĭcus (& -estis, 541. 957.) *ad cœlum pertinens*: Himmlisch.

-ĭtùs, *de cœlo*, (*Hierron*) 570. 941. vom Himmel herab.

-ĭtes (-icŏlæ) *qui cœlos incolunt*: 995. Himmels inwohner/ die Heiligen.

Vide Cœlū cœruleum, cœlestesqve *stellas.* Cælites *ipsi Videri non possunt*: cœlicā *dona*, cælitusq; *defluentem benedictionem*, *sentimus abundè.*

Cærŭl-us (& -eus, 76. 263. 265. *L in R mutato*) *qui colore est, qvalis in cœlo apparet*, Hiṁelblaw.

Cœmētĕrium [κοιμητήριον] *dormitorium*: 866. Schlaff Gemach / Schlaffkammer.

sp. ubi mortui dormiunt. beGräbnuß/ KirchHoff, Gottes Acker.

Cœn-a, (*dim.* -ŭla) *vespertinum epulum*, 622. 965. Nachtessen/ Nacht-Mahl/ AbendMahl/ Abendessen.

Dum cœnaturis, *jube parari* cœnam & cœnas

[ἀ δε-

[ἀ θοίνη, *epulum, convivium. Vel à* κοινή, *communis : quia post diurnas operas congregata familia tota simul pascitur.*]

-āre [*avi, &* -*atus sum; &* -ĭtāre] *cænam sumere:* Zu Nacht essen / Abendmahlzeit halten.

-ātŭrīre, *cænam appetere.* Zu Nacht essen wollen.

-ātus, Der schon Zu Nacht gessen hatt.

.)(. inCæn-ātus(& -is) (Zu Nacht) ungessen.

-ācŭlum, 408. 732. (& -ātio) *locus ad cænandum* : ein Esse Saal.

anteCænium, *idem quod* Merenda, 863. VesperBrod.

conCænatio, 403. eine Gastebot.

postCænium (*vel* Pocænium, 863.) *commessatio post cænam* : NachZech / SchlaffTrunck.

Domicænium, HaußMahlZeit.

na; *ne incænatus cubitum eas.* Antecenijs & pocænijs *abstine, si sanus esse vis : quod in* domicænio *licet: in* concænatione *haud semper.*

Cænŏbium, *communis convictus,* Kloster.

[κοινό-βιον]

Cœn-um, *sordidum lutum* : 57. 442. Kot

[ἀ κοινὸν, *impurum.*]

-ōsus, 380. Kothig.

Cæpa, v. Cepa in Cepula.

Cœp-i, *incepi,* 395. ich hab angefangen / oder vorgeNommen.

[*Antiquè fuit* Cœpio, *i. e. incipio.*]

-tum, *idem quod* inCeptum : vorhaben / vorNehmen.

Cœptu *quod fe* cœptu co sti, *ne c* ptes sæp

-tāre, *inceptare*, 377. unterschiedlich (oder offt) anHeben/ vorNehmen.
-tus, (*a, um*) angeHoben / angeFangen.
-tus, (*ûs*, *inceptio*, 564. anHebung.

sed quod semel cœptum est, continua.

Coercere, v. Arcere. *Cærulens*, v. Cœlum *Cœtus*, v. Ire.

Cōgit-āre, *mente rem versare*: 608. 886. Dencken / geDencken / beDencken. [q. coagitare.]
-ātè, 605. (& -atò, & -atim) beDachtsam/ beDächtlich.
-ātio, 537. (& -ātum) 592. 991. (& -atus, *ûs*, 586.) ein geDancke.
exCōgit-āre, *cogitando invenire*: 277. auß- (er-) Dencken/ erSinnen.
-atus, (*a, um*) 354. erDacht.
inCōgit ans, unbeDachtsam.
-antia, 605. unbeDachtsamkeit.
præCogitāre, 612. Zuvor Bedencken.
reCogitāre, Hin und Her Dencken/ bedencken/ sich wider beSinnen.

Qui aliquid diu cogitat, cogitateq; recogitat, *potest multa* excogitare. Incogitantes cogitationes incogitantia *sunt*.

Cogere, v. Agere. *Cognatus*, v. Nasci.
Cognitus, v. Noscere *Cohibere*, v. Habere.

Cŏhors (*tis*, *f*. *contractè* Chors, 349. & Cors) *locus in villa septus pro pecore*: Mit stangen umbschrencketer ort / Hoff Schrancken.
[*à* Coërcendo.] *Hinc*
Aves cohortāles (cortāles), *quæ in corte pascuntur*: 349. aufm Hoff erZogene Vögel/ Zahme Vögel.
(2) *exinde* Cohors, *ipsum pecoris agmen*, Herde.
(3) Cohors (*militum*) 889. ein Schar (Knecht/) eine Troppe.

Cŏlăphus, 852. [κόλαφος] L. Alapa.

Colare, v. Colum.

Cŏlĕre [*colui, cultum*] *quatuor significat*: (1) *Honorare*, 919. Ehren / Ehrendienst Leisten / bedienen. [*à G.* κλύω, *celebro, veneror.*]

(2) *Ornare*: 831. Zieren.

(3) *diligenter tractare*: 330. 578. 677. 716. eines dings Fleissig abWarten / üben / Bawen. [*ab H.* calah, *perfecit.*]

(4) *incolere, inhabitare*: Wohnen.

Colite (1) *Deum* cultu *devoto omnes* Cultores Cultricesq; *Dei*: *corpus autem* colere (2) *ne curate adeò.*

Deriv. & Comp. à Signif. I.

Cult-us (*ûs*) 94. Ehr/Ehren Dienst/bedienung. *in sp.* 942 941. Gottes Dienst.

-or (-rix) Ehrer/ehren Diener/ (-in) beDiener/ (-in)

per Cŏlĕre, grosse ehre beweisen.

à Signif. II.

Cult-us (*us*) Zierung.

à Signif. III.

Cŏlĕre, (*&* exCŏlĕre, 593.) *agrum*, *artes &c.* Des (Ackers/Studierens *&c.*) abWarten / (acker) Bawen/ (Studia) üben *&c*:

(2) *studia &c.* 703. Lehren/ verTragen.

Cult-us, (exCultus) *expolitus*: wol geWartet / geBawet.

(2) 483. geüb.t/ außgeübet.

Colite *agrum* (3) Agricolæ, cultione *diligenti*: *Vosq.* Coloni *nullam partem, vestra* coloniæ relin-

·)(. inexCultus, (& inCultus) *ager*, ungeBawet / (verwahrloset.) (2) 482. ungeÜbet.

-or, *qui colit, & expolit*; 484. Übner.

-ūra (& -io) XLVIII. 485. Bawung / abwartung / (2) Übung.

agri-Cultūra (& agriCŏlātio) acker Baw / Feld Baw.

-Cŏla (vel-cultor) *qui agrum colit*: Ackerman / Bawermann.

Cŏlō-nus, *qui conductum agrum colit*; 337. Miet Ackermann / Pachtman.

-nia, *conductitium prædium*; Pachtgutt.

Cultus (ûs) *ornatus corporis vestitus*; eine Tracht. (Bawet.

præCultus, *præparatus*, vorBereitet / vor-

rĕCŏlĕre, 965. wieder Bawen / oder üben / beGehen.

relinquite incultam, vos studiosi excolite studia, culturæq; animi posthabete cultum (2) *Vestium.* Præculti *animi possunt quidvis recolere; inexculti, ad nihil sunt.*

á Signif. IV.

Cŏló-nus, inWohner.

-nia, *populus ad incolendum aliū locum emissus*: 788. Volcks auß-Schuß (anderswo Zuwohnen auß-geschickt.)

(2) *Urbs ab illis coli cœpta*: New beWohnte Statt.

acCŏl-ĕre (fluvium) an- (oder bey- etwas) Wohnen.

Coloni *nova coloniæ* (a) *accolunt fluvium, aut* circum-colunt *montem, aut* incolunt *urbem, cujus fiunt* Incolæ *vel* accolæ; *recipiunt-*

 -a, (m.

-a (*m. f.*) 560. an- (oder bey-) Wohner.
circumCŏlĕre, umbher Wohnen.
inCŏl-ĕre(*urbem*)177. inne(drinne)Wohnē.
-a, (*m.*) 560. einWohner.
inqvĭlinus (-a) *conductitia domûs inhabitat-or* (*-rix*) (Der in der Miete Wohnet) MietHaußgenoß / Inneleut / HaußLeute.

untq; inqvilinos qvos Colunt.

Cŏlĕus, *testiculus in animalibus masculis:* Hoden.

Colica v. Colon. *Colis* v. Caulis.

Colla, 488. Leim / LeimWasser.

Collare v. Collum. *Collatio* v. Latus, in Ferre.
Collicia v. Liqvare. *Colligere* v. Legere.
Collimare, v. Limus, a, um.

Coll-is (*is, dim.* -ĭcŭlus) *tumor terræ humilior:* 55. 370. Hügel. [*G.* κολωνὸς, *idem.*]
-inum, *qvod in colle situm est*, was am Hügel stehet.
(2) collína, (*herba*) Berg- (Hügel-) treptlein.

Coll-um, *capitis columna flexilis:* 209. Halß. [*κ. ex* τράχηλος, *idem*, *amputatâ syllabâ primâ.*]
-āris, Zum Halß gehörig / Halß-
-āre (*scil vinculum*) *qvô collum adstringitur*, HalßBand.
[Collār-ia, & -ium, *idem.*]
(2) Collāre (*sc. ferramentum*) *qvô malefici collotenus coercentur:* Halß Eysen.
(3) Collare (*sc. ornamentum*) 388. Kragen / Koller.

Collum col-lari (1 & 2) *constringitur.* collar (3) *exornatur.*
Qvi decollatur, *nihil amplius* succollare *poterit.*

dēCollāre, *collum amputare*: 836. enthaupten / Den Halß (Steppel) abhawen.
sucCollāre, *collum rei supponendo eam tollere*: auf den Halß (auf die achsel) nehmen / auf Hucken lassen.

Collyb-us [κόλλυβος] *pecuniæ permutatio*: 795. Wechsel.
(2) *permutationis præmium, additamentum*: Wechsel Lohn.
-ista, (*a, m.*) *nummularius*, 432. ein Wechsler.

Collybo (1) *occupatus* collybista, collybum (2) *qvartt.*

Collyra, *parvus panis*: 854. Brod Läblein / Rundstück. [κολλύρα]

Collyrium, *oculorum ungventum*: 819. AugenArtzeney. [κολλύριον]

Cŏlŏbium, *tunica brevissimis, aut nullis, manicis*; ein Koller oder Kolet.
[G. κολόβιον, à κολοβὸς, *mutilus*.]

Cōlon (& Cōlum) [κῶλον]
(1) *membrum corporis*. ein Glied.
(2) *membrum orationis, duobus punctis* (:) *notatum*: Halb gefaste Rede / ein Colon / Duppelpunckt.
Hinc Semicolon (;) strich-Pünctlein.
(3) *intestinum crassum, cellulis plenum*: 299. Der grosse Darm.
Hinc Colicus dolor (*vel* Colica passio,

Colum (3) *affligitur colico dolore*: colon (2) *sententiam à sententia distingvit duobus punctis*; semicolon *sesqvipuncto*.

passio, 299.) *morbus illius intestini vehementissimus*: Das Bauch grimmen/ Die Colick.

Colonia & Colonus, v. Colere.

Cŏlo-r, *apparentia luminis in rebus*. 253. Farbe. [ἀ χρόα, *color*; vel χλωρός, *viridis*.]

-rāre, 680. Farben.

-rātus, 58. 183. gefärbet.

uniCŏlor (*g. o.*) *unius coloris*. einFärbig/ (einer Farb)

multiCŏlor, vielFärbig.

biColŏr, zweyFärbig.

conCŏlor, gleichFärbig.

atriCŏlor, 72. SchwartzFärbig.

dis- (& Versi-) Cŏlor, *varii coloris*: 54. mancherley Färbig/ Bundt/ Scheck/ Schöckicht/ ungleichFärbig.

[*Res enim quadam aliter obversa, aliter apparent.*]

deCŏlo-r. *quod colorem amisit*: übelgefärbt/ (Daran Die Farb außgangen/ verbliechen.

-rāre, Die Farb nehmen/ entFerben.

Color colorat res variè: ut quod coloratum est, sit unicolor vel multicolor; concolor vel discolor. *Tandem tempus omnia* decolorat, decoloratq; *reddit*.

Cŏloss-us, 408. ein grosses Mansbild/ Götze. [κολοσσός.]

-eus, 479. (& -ĭcus) ungehewer groß.

Col-ostrum (& -ostra. 168. & -ustra) *lac primum à partu, spissum*: Die erste Milch.

Colŭber (-bri, m. & bra, f.) *serpens incolens umbras nemorum*: 131. ein WaldSchlange.
[*an ergo q.* Col-umber?]

Cōl-um, *omne vas foraminosum, purificandis liqvoribus aptum*: 345. Durchschlag/ Seituch.
[*à* Qvalum: *Q in C mutato.*]
-āre, 366. (& PerColare, 63.) *liqvore transmittendo purificare*: Seygen/ DurchSeygen.
-um, *aliter V.* Colon.

Colo percolamus *liqvores*.

Cŏlumb-us *avis domestica, tectorum culmina incolens*: 139. ein Tauber. [*an ergo à* culminibus?]
-a, eine Taube.
Columbus ferus, 142. Wilde Taube.
-ínus (& -āris, & -ārius) Tauben-
-ārium, *locus ubi habitant columbæ*, 349. Tauben-Hauß/ (-Nest.)

Columbi (columbæ) *educant* columbinos *pullos in* columbario.

Cŏlum-na, *sustentaculum ædificij erectum*, 402. Saule/ Saul.
[*ab H.* Salab. *Vnde & G.* σκόλοψ, *palus*; *& Germ.* Saul; *& Pol.* Slup.]
-nella (& -ella) Saulichen.
-nātus (& -nārius) *columnis fultus*; mit Saulen unterbawt.
-nātus liber, *ad instar columnæ compositus*; 495. LanglichtBuch.
inter

Splendida Domus Columnis, *per* intercolumnia *distinctis, benè columnata redditur, ut* incolumis *stet*, incolumitate, *diuturnâ*: Cit-

interCŏlumnium, *spatium inter duas columnas*: Saulen raum (raum Zwischen Zweyen Saulen.)

circumCŏlumnium, *ædificium circumqvaq; porticibus instructum*: 407. geSauleter umbGang.

Cŏlŭm-is (*& usitatius*, InCŏlŭmis, 360. 455.) *salvus & integer* [*stans velut* columna, *aut* in columna.] SaulFest; *i. e.* unVerletzt (gesund) unversehrt / gesund.

ĭnColumĭtas, 822. unversehrligkeit.

Cŏlŭmen, *trabs in summo culminis posita, cui tecti latera innituntur*: 407. Träger (an einem gebäwde.)

(2) *Tr. fulcrum qvodvis*: Trost / Hort.

Circumcolumnia *serviunt deliciis. Tectorum culmina incumbunt* columini: (1) *tu autem vide, ut sis* columen (2) *familiæ tuæ.*

Colurnus v. Corylus.

Cŏlus (*i, &* -ûs, *f. m.*) *bacillus, cui lini pensum circumvolvitur, unde fila trahuntur & torqventur*: 386. SpinRocken / Gunckel. [*ab H.* galal, *convolvit.*]

Cŏm-a, *capilli cum cura compositi*: 424. 468. Lange (und geZierete) Haar. [*G.* κόμη, *idem.*]

(2) *arboris* Coma: 372. Laub.

-ans (*participium sine verbo*) Lang-Haaricht.

-ātus (-ātŭlus) *Vir, comâ insignis*: Der Lange Haar hatt.

-ōsa (*herba*) vollbletter.

-ēta (-etes, *æ, m.*) *stella comata, portentosa*, [*G.* κομήτης] 29. ein Cometstern.

Qvi Comā *gestat, necesse habet eum* comere, *ut* comtus *sit; nimius tamen* comtus *dedecet viros.*

-ĕre, [*si, tum*] *capillos ornatè componere*; [κομῶ, *comam orno*.]424. (Haar) Zieren / Putzen / Kemmen.

-tus (*a, um*) geputzt.

-tus, (*ûs*) *comendi cura*, Das Putzen.

inComtus (*a, um*) 754. Ungeputzt.

Combinare v Bis. *Comburere* v Vrere. *Comere* v. Coma.

Cŏm-es (*-itis, m. & f.*) *qui cum alio it*: 429. Weg Gesell / Gefährte. [*q.* Com-iens, *ex* Cum & Eo.]

(2) *Hinc à Romanis Imperatoribus dicti Magnates, quibus jus datur comitandi aulam*: 873. ein Graff.

-ĭtāri, *abeuntem humanitatis causâ subseqvi*: 647. 740. beyleyten (das geleyt geben.)

-ĭtātus, (*a, um*) *cui aliqvis comes est*: begleytet.

(2) *vel ipse alicui*. begleytend.

)(inCŏmĭtātus, unbegleytet

(2) *comitandi actus*: Das Geleyt.

-ĭtātus (*ûs*) *comitantium catus*: 425. Die Wander Gesellschafft.

(3) *Comitis dignitas, & ditio*, 871. 873. Die Graffschafft.

-ĭtium, *locus ubi populus coire solet*: verSamlungs ort.

[*q.* Coitium] *Hinc*

-ĭtia (*orum*) *ipsa congregatio, in qua populus*

Comes (1) *Viæ in* comitatu (1) *est*. Comes (2) *autem* comitaturus *Regem* (*ne* incomitatus *sit*) *venit è suo* Comitatu (2), comitatus (1) *à suo qvoq; famulitio*. *Sub* comitiale *tempus sistit se in* comitiũ, *ad* comitia: *qvæ dissolvere solet* comitialis *morbus*.

populus de Regni negotijs consultat: 88. Reichs- (oder Land-) Tag.

-itiātus (ûs) idem.

-itiālis (& -itiārius) dies, Da der ReichsTag angehet.

-itiālis morbus, Cadūcus, (quia si contigit, dissolvebat Comitia, tanquam malum omen.) Fallende Sucht.

Comessā-ri, immoderatè convivari; 863. Prassen/ Panqvetieren/ oder Panketiren. [G. κωμάζω,]

-tio, 789. Prasserey/ Panketierung.

-tor, Prasser/ Panketierer.

Cave comessari: crebra comessatio perdit comessatorem.

Cometa v. Coma. Comicus v. Comœdia, Cominus v. Manus.

Cōm-is (is,) facilis, officiosus: 644. FreundFertig/ ZuThätig.
[q. qui commeat, seu coit, cum quovis facilè.]

-iter, 647. FreundFertiglich (Freundlich.)

-itas, FreundFertigkeit (Freundligkeit.)

Vir comis, comiter cum alijs conversans, habet comitatis laudem.

Comma (atis, n.) incisum; bey Strichlein.
[G. κόμμα: à κόπτω, incido.]

Cōmendare v. Mandare. Cōmentum & Comminisci, v. Mens

Commŏd-us, alicui bono modo conveniens; 732. 892. Beqvem/
[q. bekem/ was einem wol bekomt. Lat. quod cum modo est.]
(2) utilis seu aptus: Dienlich.

-um, (i, n.) Nutz/ Frommen.

-è (& um) 525. 775. Beqvemlich.

-ĭtas,

Commodè (1) occasione, commodè aliqui peragendi utere commodo tuo nè tibi commoditas ... l...

-ĭtas, 351. 502. Beqvemligket/Gelegenheit.
-ŏdāre, Beqvemen.
(2) *in sp. utendum dare*, 820. Leihen / verleyhen.
odatò, Lehensweise.
acCommŏd-āre (*aliqvid ad aliqvid*) 9. 742. an Beqvemen/Beqvemlich machē.
-are se (*se tempori*) sich (in die Zeit) Schickē.
-us, 692. (& -átus, 579.) sehr Beqvem (Dienlich.)
-atio, 718. Anbeqvemung.
inCommŏd-us, unBeqvem / undienlich / Schädlich.
-āre, 436. unBeqvemigkeit (ungelegenheit) machen.
-um, 761. (& -ĭtas, & -ātio) unBeqvemigkeit/ Schaden.

*labatur cum tuo in*commodo. Accommodare *se tempori*, commodum (2) *est*: commodare (2) *alteri pecuniam, plerunq;* incōmodum: *multis enim ex re* incommodavit.

Commun-is, *ad plures æqvè pertinens*: 131. *&c.* Gemein.
[*u. ex* κοινὸς, *idem*: κοινώμενος, *participatus.*]
-iter, *in commune*: 136. 754. Gemeiniglich/ in gemein/ insgesamt.
-ĭtas (& -io, κοινωνία) 10. 792. Gemeinschafft/ die Gemeine.
-ĭcare, [κοινοῦσθαι] *commune habere*: 500. Gemeinschafft haben / Theil Dran haben.
(2) *commune facere*: 235. 724. 793. (2) Gemein machen/Mittheilen.

Communia *bona* communiter *curari debet*: *de qvibus qvandoq;* cōmunicamus (2) *iis, qvi extra* communitatem *sunt*; *eos rursum, qvi illis indignè* communicant (1) *à*

P -icatio,

-icatio, 578. Gemeinschafft mit Theilung. | à commu-nione: removendo excômunicamus.
exCommūnĭcā-re, cōmunione excludere: 962. auß der Gemeine außSchliessen/in den Bann (indie acht) thun/verBannen.
-tio, 957. Auß der Gemeine außschliessung/ Acht/ Bann / verBannung.

Cōmœd-ia, fabula popularis turbulentis rebus lætum affingens exitum: 841. ein Frölich Schawspiel / ComedieSpiel/ FrewdenSpiel. | Comœdiam facit Cómicus, agit Comœdus: uterq; comicè.
[à κώμη, & ᾠδὴ, vicus & carmen; eò, qvòd versibus per vicos repræsentabatur.]
-us, qvi comœdias agit [κωμῳδὸς] 841. Comedien spieler/ ein Comediant.
Cōmĭcus, comœdiarum scriptor: Comedien Schreiber.
Cōmícè joculariter, ficlè; Possirlich / Schimpfflich.

Compages & Compaginare v. Pangere. Comparare, Par; & Parare.

Compassus nauticus, 450. Schiff Compaß

Compendium v. Pendere. Comperire v. Perire. Compernis, v. Perna. Compes v. Pes. Compescere v. Pasc

Compĭt-um (& -us) qvadrivium, viæ transversæ: 430. 937. Creutzwege.
[à Competendo, seu combitando, h. e. coeundo
(2) plateæ transversæ: Creutzgassen.
-ālia, 937. HeydenFest / TantzFest umb die Creutzw

Complex v. Plica. Compos v. Pos. Con v. Cum.

Cōnā-ri, *in rem efficiendam vires intendere*: 418. sich unterStehen/ sich unterwindē. [ἀ κονεῖν, *operari*.]

Dum auriga currum tollere conatur, opus habet non tantum conatu virium, sed & ligneo conamento.

-men (& -tus, *us*, 282. 299.) *studium intensum*: unterStehung/ grosser Fleiß/ unter Windung.

-mentum, *ligneum aliquid tollendi instrumentum*: Hebzeug/ hebbaum.

Conch-a [κόγχη] *testa animalis aquatici laevior*: 127. ein Muschel.

(2) *animal ipsum conchis duabus, veluti scutulis clausū*: 78. 126. 127. MuschelFisch/Schaal-(Fisch.

(3) *poculum similis formae*; Schaal.

(4) *Fabae, vel alterius leguminis, valvulus*: Bohnenschaal.

-ȳlium [κογχύλιον] *concha margaritifera*; 127. (Perlemutter.

-āta *cauda Pavonis*; gemuschelt.

Concīli-um, *conventus populorū consulendi gratiâ*: 971. ein verSamlung vieler Völcker.
[ā Concalando.]

Ad Concilium conciliantur (1) *populi, ut factiosis* conciliabulis *excitatae lite*. conciliantur (2) *animi, ut* reconcilientur.

-ābŭlum, *conventiculum temerariorum hominum*: Unrechtmessige Zusammenkunfft/ ein Gelach.

-āre, *Concilium convocare*: Zusammen Ruffen/ oder Bringen.

(2) *conjungere*: 670. verEinigen.

(3) gratiam, *i e. efficere*: 934. Zu wegen bringen.

-atio, 868. VerEinigung.
-atrix, 738. Kuplerin.
reConcili-āre, *dissidentes in concordiā restituere*: verTragen/ verSöhnen.
-atio, 885. verTragung / verSöhnung.

Concinnus v. Cinnus. *Concio* v. Ciere.

Cond-ĕre, [ĭdi, ĭtum] *scitè jungere, construere, ædificare*; 924. Fügtich Zusammen Legen / erBawen / Bawen. [*à* Con *&* Do.]
(2) *abdere*: 865. Bergen / beyLegen / aufHeben/ verWahren.
(3) condere (*legem*) gesetz geben / oder machen.

Derivata & Comp. à Sign. I.

Condĭ-tor, 924. 976. er Bawer (Macher.)
-tus, erBawet (geMacht.)
ab (Orbe) condito, 564. von erschaffung/ (der welt an/) von erbawung.
)(. inConditus, unFüglich gemacht / ungestalt/ verwirret.

à Signific. II.

Cond-us, *qui cibaria condit*: aufHeber.
-ĭtus, *asservatus*; beygeLegt/ aufgeHebt.
-ĭtōrium, *locus ubi quid ad servandum conditur*: 593. aufHebungs- (oder verWahrungs-) ort/ beHaltnuß.
-ĭtīva (*cibaria*) *condendo apta*: 326. aufZuHeben Dienlich/ Aufheblich.

Conditor condit *urbem*; *cumq* condita *est* *convocat* *incolas cer* *tis* condi tionibus; (t *quas si ser* *vant*, con ditio (2) *i* *lorum bo* *na erit*: *sin* incondita *turba rue*

Condus c dit (2) *in* conditoriu conditivo *fructus*, conditia *baria*; conditaq *rursum* *p*

-ĭtĭtia (*cibaria*) *jam condita*, aufgehaben/ beygelegt.

-ĭtio, *reservata exceptio*, 662. 885. 909. behaltung/ verwahrung/ vorbehaltung/ bedingung/ beding.

(2) *status sic conditæ rei*: 673. 950. zustand (gelegenheit.)

-ĭtionālis, *conditionaliter* (*h. e. cum exceptione*) *factus*: vorbehaltlich/ bedinglich.

-itionaliter, mit bedinge/ mit vorbehalt.

(& re-) Cond-ĕre, 646. 267. (gantz) verbergen/ verwahren.

-ĭtus, 992. verborgen.

perreCondĭtus, 977. fast verborgen.

absConsio, verbergung.

reConditorium, 732. verwahrungs ort.

mit, dum opus est.

Qvod abscondĭtum *esse volumus*, abscondimus; *nec revelamus cuiqv.ã nisi* conditionaliter.

Condī-re, *cibos aromate* (*vel aliqvo liqvore*) *imbuere*; 358. 365. würtzen/ einmachen/ geschmack machen/ einlegen. [*ab H.* Chanat, *aromate condivit*: *vel à* Con, *& G.* δεύω, *imbuo, tingo.*]

(2) *sapidum reddere*, schmackhafftig machen.

-tus, 818. gewürtzt/ eingemacht.

-tum (*n.*) 818. eingemachte sachen (zur artzney.)

-tio, 95. (*&* -tus, *ûs*, *&* -tura, 117.) Das abwürtzen/ einmachung.

Conditor *cibos* condimĕtis condit: Condimentarius conditanea (2) *id est*, *fructus certâ* conditurâ (conditione) *temperatos*, *aliaq;* condita, *vendit*.

-tor, *saporum temperator*: ab Würtzer/ ein Macher.
-mentum, *quocunq; cibos condimus*: Gewürtz/ Geschmack Zusatz.
-mentārius, *condimentorum temperator & venditor*: ge Würtz Kramer. (2) Condimentarius (*a, um*) 95. Zum ein Machen Dienlich.
-tāneus, *a, um*, 327 einge Macht.
-tānea (*orum*) Zum ein Machen Dienliche sachen. (2) ein ge Machte sachen.

Condus, v. Condere.

Condylus, *articulorum in digito junctura eminens tùm, cùm digiti in pugnum colliguntur* 213. Der Finger Knott / oder Knorr; Knäbel / an den Fingern. [κόνδυλος]

Confertim v. Farcire. *Confessio*, v. Confiteri in Fateri.
Confestim v. Festinus.

Conger, & Cōgrus (*gri*) 153. ein Meer Aal [γόγγρος]

Congerro, v. Garrire.

Congi-us (& -um) *mensura liquidorum major vel minor. Ordinariè sex capiebat sextarios, seu libras decem, uncias* 120. 525. ein Topff / (Zwey Stuff/ Drey Kannen.) [*à* κόγχη, *vasculum concavum scutulatum*.]
-ālis (& -ācius) Zwey Stuffig.
-ārium, *congium vini*: Wein ver-Ehrung. (2) *mu-*

Congius é congiaria *mensura*: Congiario (2) *donat princeps populum*.

(2) *munera quæ à principe dantur populo:* [*quia vina præbere olim solebant, lætitiæ causâ.*] 874. volcks beSchenckung.

Cōniscāre, *frontem fronte percutere*: mit den Stirnen stützen.

Conjectura, & *Conjicere*, v. Iacere; *Conjux*, in Iugum.

Cōnōpēum, *lectuli velum*: 469. VorHang am Bett. [κωνωπεῖον]

Consili-um, *informatio data aliquid acturo*, 668. 744. *&c.* Rath/ ein Rathung / Rathschlag. [*à* Con & συλλύω *solvo litem.*

-ārius, 877. (& -ātor, *ab Obsol.* Consiliare, *consiliũ dare,*) Rathgeber / Rath.

Consŭl-ĕre (*aliquem*) [*ui, tum*] *consilium petere*: 738. RathFragen / sich bey einem beRathen / zu Rath nehmen.

(2) (*alicui*) *consilium dare*: 668. 716. 799. Rathgeben/ Rathen.

-tor (1) *qui consilium petit*: RathFrager.

(2) *qui consilium dat*: Rathgeber.

-tus, (1) *consilij dandi gnarus*: Der wol Rathen kan: (in Rathschlagen) erFahren.

(2) *consilium requisitus*, RathgeFraget.

-tum Senatûs: Des Raths schluß.

Consilij *indigus* (1) Cōnsultor *quia* inconsultò *agere non audet*, consulit (1) consultorem (2) consultum (1): *hic autem ab illo*, consultus (2) consulit *ei* (2) *sed* consultò.

Princeps consulit (1) Consiliarios *suos*: *an hoc vel illud* consultum *sit*.

Consul *verò cum* Proconsulibus, *& aliis* consularibus *viris*.

(*non est* consultũ; ist nicht Rathsã.)
-tè (& -tò, 990.) mit wolbedachtẽ Rath.
.)(. in Consultò, & -tè, ohne Rath/ unbedachtsam / unbesonnen.
-tare, Rathschlagen/ beRathen/ ZuRath gehen/ beRathschlagen.
-tatio, Rathschlag/ beDencken.

Cons-ul (*ŭlis*) *Senatûs præses* [*consiliorum publicorum director*] 785. Raths oberste/Bürgermeister.
-ŭlātus (*ûs*) Bürgermeister Ampt.
-ŭlāris (*vir*) 785. Rathmessig (ein RathsHerr.)
(2) *item, cujus majores consulatum gesserunt*: RathsHerren.
proConsul, (*Consulis vicarius*, Bürgermeisters Statthalter.
ex Consul, Der Bürgermeister gewesen: der alte Burgermeister.

ris, (interdum & cum Exconsule, *qvi* consulatu *jam defunctus est*) *de publico bono* consultant, *suaq;* Senatusconsulta *postea promulgant.*

Consobrinus, v. Soror. *Conspicillum* v. Specio

Constantin-us, *Imperator*, 577. Constãtinus.
-ŏpŏlis, 562. 577. Constantinopel.

Consternare v. Sternum. *Consul* v. Consilium.
Consvescere & *Consvetudo* v. Sui. *Contari* v. Contus.
Contagio & *Contiguus* v. Tangere. *Contemplari* v. Templũ.
Conticere, v. Tacere. Continuus v. Tenere.

Contr-a, *nota motûs in rem oppositam*: 170. &c. Wieder/Gegen/ entGegen. [*à* Contueor: *nam ea intuemur qvæ opposita sunt.*]
-a, (*adv.*) 278. 442. &c. Hergegen / darwieder.

Qvi Contra *aliqvem est*, contrarius *ille est*; *agitq; semper* contra qvàm *alter, ille*

-à qvàm

-à qvàm, Anders alß.
-ārius, *qui contra aliquid est*: 583 Wiederwertig.
-ārie, 212. Wiederwertiglich: deme zuwieder.
-āriĕtas, 507. Wiederwertigkeit/ das gegenSpiel.

illi contrariè. *Haec* *vis est* contrarietatis.

Contritus v. Terere. *Contubernium* v. Taberna, in Taba.

Contŭm-ax (& perContŭmax) *superbè pertinax*: EigenSinnig/ Trotzig/ Strotzig. [*a* Tumeo.]
-ācia, 755. eigen Sinnigkeit / Trotzigkeit.
-ācĭter, eigenSinnig/ Trotziglich.
Contŭmēl-ia, *superbè illata ignominia*: 645. Hohn/ Schmachrede/ (Ehrenverletzung.)
-iōsus, Höhnisch.
-iōsè, ehren verletzlich.

Dum Contumax *sua defendit* contumaciter, *a* contumeliosis *ver*- *bis vix sibi temperat*: *& sic addit* contumaciæ contumeliā.

Cont-us, *pertica nautica, qvâ in brevi aqva utuntur*: 449. ein Stürstange/Schiffstange. [κόντος, *qvod à* κεντέω, *pungo*.]
(2) 431. SpringStange.
-āri, *conto aqva profundum* (& *tandem qvidvis*) *explorare*: 726. Den grund suchen/ Forschen.
PerCont-āri, 633. Fleissig nachForschen / außForschen.
[*Scribunt &* Percunctari, *q. per cuncta qværere*: *sed parùm verisimiliter*.]
-ātor, außForscher.

Conto contamur *aqva fundum*: *sed curiosus* percontator *arcana* percontatur.

Cōn-us [G. κῶνος] *figura ab imo lato in angustam summitatem desinens, hôc modo △;* eine Kegel, (oder Zapffechte) Figur.

In sp. (1) ein TonnenZapff.

(2) 850. ein Kegel.

(3) Feder r hr am Helm.

-ĭcus, 523. Kegelgestaltet.

Convexus v. Vehere.

Cophĭnus, *cistula ex vimine vel assulis constructa:* 732. ein Kober. [κόφινος]

Cophtitâ, 964.

Copia, v. Ops.

Cōpŭ-la, *vinculū quô res cum re connectitur:* Koppel/KoppelBand. [*u. ex H.* Cebel, *vinculum.*]

(2) *apud Logicos:* 586. FügWort.

-lāre, 239. 740. 967. Zusammen Koppeln / verKoppeln / Zusammen Geben (oder Trewen.)

Cŏqvĕre, [*coxi, coctum*] *rem crudam ignis vi maturare,*

(1) *sive in liqvore,* 298. 364. Kochen.

(2) *sive sine liqvore,* 356. Backen.

(3) 399. Brennen.

(4) *de metallis,* Schmeltzen.

(5) *de sapone:* 423. Sieden.

[*ab H.* Cavah, *urere.*]

Co-ctus, 471. geKocht/ geBacken.

.)(. inCoctus, ungeKocht/ungeBackē.

bisCoctus (*panis*) 356. Zweybackt.

-ctio, 305. Das Kochen / oder Backen.

-ctūra, *idem.*

Coqvus coqvit (1) *in* Culina *carnes* coctibiles, *secundum artem* coqvinariā: *qvia ventriculus* incoctas *non potest* concoqvere. *Cavet tamen nede* coqvat (1) *aut* discoqvat

(2) *in*

(2) *in sp. cerevisiæ*: 375. Das Brawē.
(3) Das geKochte
-ctor (& -qvus, 364. & -cus) Koch.
-qvīna (& Culīna, 367. 732 *q. Coqvilīna*) *ubi cibi coqvuntur.* Küche.
-qvinarius (*a, um*) 367. Küchen.
-qvīnāria, *ars coqvendi*: 357. Die Kochkunst.
-ctĭbĭlis (*caro*, & Coctīva) *coctu facilis* Leicht Kochend.
-ctĭlis (*later*) *coctus lapis*: 399. gebackener stein/ Ziegel.
-ctĭlitia taberna, *in qva aliqvid siccatur*: Darre Stube/ oder Kammer.
conCo-qvére, *coqvendo consumere*: 236. verKochen/ verDawen.
-ctio, 237: 239. 243. verDawung.
deCo-qvére, *nimium coqvendo absumere*: 45. 60. verKochen/ abKochen/ ein Kochen.
(2) *Tr. consumere*: verSchlemmen/ verDistilliren.
-ctor, *qvi patrimonium decoqvit*: verSchlemmer.
-ctum (*sc. jus*) *qvod de rebus coctis est*: 817. ein abgeKochter Tranck.
disCoqvĕre, ZerKochen/ (Schmeltzen.)
exCo-qvĕre, 246. 410. auß Kochen (oder Schmaltzen/) auß Brennen.

ctus,

qvat: qvā-qvām *si nō bene* præcoxerat, recoqvit, *dum* percocta *sit.*
Pistor *coqvit* (2) *panes*; *etiam* biscoctos, *qvi diu durant*, & *sunt facilioris* concoctionis.
Præcoces *Fructus à sole* præcoqvuntur & *in* coctilitia *taberna* percoqvuntur.
Excoctor *in ustrina* coqvit (4) & excoqvit *metalla.*
Decoctor *verò* decoqvit (2) *patrimonium.*

-ctus, 65. 350. außgeKocht/ auß geBreñet.
-ctor, außSchmeltzer.
inCoqvĕre, ein Kochen/ worinn Kochen.
perCoqvĕre, 237. DurchKochen/ (biß es gar werde.)
præCŏ-qvĕre, voranKochen / voraußKochen/ ZuvorKochen.
-qvus (& -qvis; & Præ-cox, 326. (ócis) & -cius) *præ aliis coctibilis, h. e. ante tempus maturescens;* Früh geKocht / Früh Zeitig.
rĕCŏqvĕre, wieder Kochen/
semiCoctus (*a, um*) 265. Halb geKocht / halb geBacken/ halb geBrennet.

Cor, (*cordis, n.*) *viscus in animali princeps, vitæ fons.* 229. 246. Das Hertz. [κέαρ, κῆρ & καρδία.] (2) *sensûs, & intelligentiæ fons:* Muth / Witz.
Cor-cŭlum, 247. Hertzlein.
-dātus, (1) *animosus:* beHertzt / Hertz- (2) *sapiens:* Witzig/Klug. (hafftig.
-diacus (*a, um*) 811. Dem Hertzen dienlich.
conCor-s, (*dis, g. o.*) 652. eines Hertzens/ (einHertzig) einTrächtig/ (einig.)
-dia, 643. 719. einTrächtigkeit (einigkeit.)
-dĭter, 761. einTrächtiglich (einiglich.)
-dāre, 655. einTrächtig (einig) seyn.
disCor-s, ZwiTrächtig/ unEinig (Zweyhertzig.)
-dia,

Cor, (1). *intra* præcordia (1) *situm, facit* cordatos (1), *si firmum est;* excordes, *si languidum.*
Concordes *vivunt* cōcorditer; discordes, discorditer: *Si* concordare *nesciunt, illi* discordare *nolunt. Malle autem in* discordia *vi-ve-*

-dia, 652. ZwiTrächtigkeit / unEinigkeit.
-dāre, 655. ZwiTrächtig (oder unEinig) seyn.
exCors, *cordis expers, bardus*: 985. ein unWitzig / Tölpelisch.
(misericor-s; -dia &c. v. *Miser.*)
præCordia (*orum*) *membrana cordi prætexta*: Das Hertz Netze.
(2) *omnia pectoris viscera*: 229. Brust eingeweid.
reCordā-ri (*alicujus vel aliqvid*) *in cor sibi seu ânimum revocare*: Zu Hertz nehmen / sich Erinnern.
-tio, 307. Erinnerung.
séCor-s (& Sŏcors, 278. *q. sine corde*) Unmuthig / Verdrossen.
sŏCordĭter, 639. unMuthiglich / verdrossentlich. (senheit.
sōCordia, (& Se-) unMuthigkeit/verdros-
veCor-s, *stultus*; 613. 938. wahnWitzig.
-dia, *stultitia*: 613. 938. wahnWitz / WahnWitzigkeit.

Vere, qvàm colere concordiam, vecordia *est*. Cordatus (2) recordatur *facile, est &* misericors. Socors *agit omnia* socorditer, & *cum* socordia.

Cŏrăcīnus (*color*) Schwartz wie ein Rabe. [κοράκινος, ἀ κόραξ, *Corvus*]
(2) *piscis piscinalis*: 155. Karaß / oder die Karusch.

Cŏrallium (& Cŏrālium) *lapillus pretiosus in mari nascens*: 78. Corallen. [κοράλλιον]

Cōram, *in conspectu*: 585, ins gesicht / vorwerts in gegenwart. [*ἀ κόρη, pupilla oculi.*]
Cōràm referre, Mündlich erZehlen.

Cor-

Corb-is (*is, f. m.*) *vas è vimine plexum*: 112. 419. ein Korb. [*à crebritate foraminum. H.* Cebarah, *cribrum, à* Cabar, *creber fuit.*]

-ŭla, Körblein.

-ita, *navis oneraria*, ein KorbSchiff/ LastSchiff. [*à Corbe in summitate mali.*]

Cordus v. Chordum.

Cŏriandrum, *frutex caule exili medicamentosum ferens semen*: 95. Coriander. [*G.* κορίαννον.]

Cŏri-um, *pellis brutorum majorum crassior, & durior*: 393. 422. Das Leder/ Haut. [*H.* Gor, *cutis.*]

-āceus, (*f. a. v.*) 384. XLII. ledern (oder liedern.)

-arius, *qui coria concinnat*: 393. Roth-Gerber.

-āgo (*inis, f.*) *macies jumentorum dura*: HartMagerkeit.

-agĭnōsus, 348. HartMager.

exCŏriā-re, *corio exuere*: 362. Das Fell abZiehen.

(2) *cadavera excoriare*, Schinden.

-tor (*cadaverum*) Schinder/ Racker.

Cort-ex (*ĭcis, m. f.*) *corium arboris*: 108. Die Rinde (am Baum.) [*à* Corio. *&* tego.]

(2) *Cortex lini*, 385. Agen/ Ehschwingen / Anglen.

-ĭcŭla, (103. & icella, 81.) ein Rindlein.

-ĭcātus, *cortice vestitus*: Das Rinden hatt/ Rinticht.

Lanio excoriat (1) *pecudes*; coriarius *concinnat* coria, *ex quibus fiunt* coriacea *calceamenta*: *sed* excoriator excoriat (2) *morticina*.

Arborem corticatam decorticat (1), *qui ei* cortices *detrahit*: decorticat (2) *linum, qui* corticulas (*stamina*) *decutit*.

-icōsus, *corticibus benè munitus*: 83. voll Rinden / Rindicht.

deCortĭcāre, *cortice exuere*: 419. abSchelen (*q.* abRinden) Rinden abZiehen / (abNehmen/) abthun.

(2) deCortĭcāre (*linum*) Agen/ Anglen / Reyten.

Cornī-x (*icis, f.*) *avis corvo minor, garrula*: 140. 252. eine Krähe. [κορώνη]

-cāri, *cornicem sonare*: 252. Kacken (wie ein Krähe.)

Corn-u, *in frontibus qvadrupedū osseum munimentū*: 163. ein Horn. [κέρας: *omnia ab H.* Kæræn. *cornu*.]

(2) *fistula cornea, acutùm sonans*:

-u canere, Blasen. (Zinck:

-ĭcŭlum, 128. Hörnlein.

-ūtus, *cornibus instructus*: 163. 181. geHörnet / Hörnicht.

-eūs, 424. (& -eolus) *ex cornu*: Hörnin.

-escĕre, *in corneam duritiem concrescere*: Zu Horn werden.

-ĭcŭlārius (& -ĭcen) *qvi cornu canit*: Horn oder Zincken bläser.

-ĭgĕrum *animal, cornua gerens*: geHörnet.

-ifer, *idem*. 180.

-ĭgĕnum (*animal*) *ex cornutorum genere*: auß Dem Hörnichten geschlecht.

Cornu (1) *est qvasi* corneus *ramus, in capite* cornuti *animalis* cornescens. (Cornicen *verò* cornu (2) *canit*.) Vnicornis *habet unicum* cornu: *Nostri boves sunt*, bicornes, *Indici* tricornes, & *Arietes* qvadricornes. *Cerva tametsi* cornigena, *non tamen* cornigera *est*.

Uni-

Uni, Bi, 178. Tri, Qvadri, Cornis; ein, Zwey, Drey, Vier, Hörnig.
UniCornis (*m.*) *animal unum habens cornu.* [*Ita G.* μονόκερως] 177. Einhorn.

Corn-us (*i, f.*) *arbor baccifera, corneâ duritie:* Cornel Baum / Welsch Kirschbaum. [κράνεια]
-um, *bacca corni* (*ossiculatæ, rubicundæ, oblongæ, sapore acido* [κράνειον] 114. Welsche Kirschen.
-eus, *ex corno:* Cornelin.
-ĕolus & -eola) *gemma instar corneæ baccæ rubens:* Carniol.

Cornus *fert* corna, *lignumque* corneum *durissimũ.* Corneolus *rubet* corni *instar.*

Corōn-a, *ornamentum capitis circulare,* Krantz;
(2) *in specie Regum,* 875. Krone. [κορώνη, ὰ κάρηνον, *caput.*]
-āriæ *herbæ,* 84. 96. Kräntzenkreuter / (Zu Kräntzen tüchtig)
-ārius, Kräntzler / Krantz binder / (oder macher.)
-āre, *coronâ insignire:* 699. Krönen.
-atus, (*i, m.*) ein Krone.
Corō-lla, 96. 381. Kräntzlein /
-nis (*idis, G:* κορωνίς) *idem.*
(2) *Tr.* 672. Das Kräntzlein (damit man ein ding beschleist) ein Ende.
-nĭdem addere, *est perfectionis signũ operi imponere:* beSchliessen.
-llārium, *qvod in summitate rei corollæ instar super imponitur:* 703. ein ZuSatz.

Coronâ (2) *Reges* coronantur: Coronas (1) & corollas *facit* coronarius, *ex* coronarijs *herbis.*
Coronidem (2) *addimus perfecto operi, cum alijs (si opus est)* corollarijs.

Córpus

Corp-us, (*oris, dim.* -usculū, *129.*) *quicquid videri & tangi potest:* 55. 201. Leib/Cörper. [*q.* Corrupus, *a corrumpendo: videtur tamen venire à* χρόος, *inserto* π.]

(2) Corpus (doctrinæ) 718. Lehre verfassungs Buch.

-ŏreus, *corpus habens:* 703. 973. Das einen Leib hatt/Leibhafft/ (Leib habend) Fleischlich.

-ŏrālis, *ad corpus pertinens:* Leiblich.

-ŭlentus, *corporis mole onustus:* 287. Leibig / wol bey Leib/untersetzt.

-ulentia, 175. Leibigkeit.

-ŏrāri, Zum Leibewerden/einē Leib bekom̃en.

-ŏrātio, (& -ŏrātūra) *corporis quantitas:* Leibigkeit / Leibes grösse.

adCorpŏrāre, 51, 243. anverLeiben.

conCorpŏrāre, 80. Zu einem Leib machen/ verEinbaren.

inCorpŏr-āre, 963. einverLeiben.

-ātio, einLeibung / einverLeibung.

-eus, unLeibhafft/(Das keinen Leib hatt.)

biCorpo-r (& -reus) *duo habens corpora:* 315. ZweyLeibig.

triCorpor, 315. DreyLeibig.

Homo est corporeus, *Angelus* incorporeus, *Monstrum qvandoq;* bicorpor, *aut* tricorpor; *membris sibi malè* concorporatis, *vel* incorporatis, *vel* adcorporatis.

In corpulento corpore corporatio (corporatura) *vastior est, membraq;* corporantur *crassius, qvàm in* corpusculo, *cujus* corporalis *statura exilis est.*

Corrigere, v. Regere.

Corrigia, *ligula ex corio:* 383. Schuhrieme. [*qvòd Calcei corium regat; i. e. connectat.*]

Cortex. v. Corium. *Cors. Cortalis,* v. Cohors.

Cortina, *ahenum in qvo colores tingendis rebus coqvuntur*: FarbKessel.
[*qvia fere extra ædificium, in corte.*]

Cōrus, *ventus ab occasu æstivo flans*:
Nord west wind.

Cŏrusc-are, *fulgore micare*:
Glitzern. [*ab H.* Chæræs, *Sol.*]
(2) Coruscare *gladiū*, Schwingen (daß es glitzert.)
-atio, 35. (& -āmen) Das Glitzern.
-us, Glitzernd.

Corusca *flāma* coruscat; *sed &* coruscatus (2) *gladius* coruscationē *facit.*

Corvus, *accipiter atro colore*, 146. Rabe.
[*κόραξ: omnia ab H.* Goræb, *corvus.*]

Corycæus, *clanicularius auscultator*:
Heimlicher Aufmercker. [κορυκαῖος]

Cŏrȳl-us (*f.*) *frutex nuces avellanas ferens*: 101. 119. HaselStaud.
[κόρυλος]
-ētum, 142. Haselbusch.
Colurnus [*pro Corylernus*] Haseln.

E Corylo *in* coryleto *scindimus* colurnas *virgas.*

Cŏrȳphæus, *cujusq; ordinis primarius*: Der Anfänger / Rädelsführer. [κορυφαῖος: *a* κορυφὴ, *apex, vertex.*]

Cos, (*cotis*, *f. dim.* Coticula) *lapis ferramentis acuendis aptus*: 73. WetzStein.
[*ab* ἀκάζω, *acuo.*]
(2) coticula, *lapis auri & argenti explorator*: 73. ein StrichStein / ProbierStein.
Cos aqvaria, Schleiffstein.

Cosmŏgrăph-ia; Weltbeschreibung.
[κοσμογραφία: à κόσμος, *Mundus* & γράφειν, *scribere*.]
-us, WeltbeSchreiber.

Cossus, (& *Cossis*, *is*, *m.*) *vermis ligna corrodens*: 129. Holtzwurm.

Cost-a, *os lateris*: 219. eine Rippe / Ribbe.
[à G. ὀστέον, *os ossis*; *præposito* C: *ut Bohem.* Kost.]
-ātum (*corpus*) geRippet.

Cŏthurnus, *calceamentum subere allevatum, utriq; pedi congruum*: 383. Hohe Schuch / BundSchuh / Beydefüssig (umbwechselig) Schuch. [κόθορνος]
(2) *Tr. sermo magnificus, jactabundus*: HochTrabend.

Cŏtōneum (*malum*) *aliàs Cydonium*: 114. Qvitten / Kütten. [κυδώνιον]

Cŏturnix, (*icis*, *f.*) *avis campestris esui sapidissima*: 141. Wachtel. [G. ὄρτυξ]

Cŏtyla. [κοτύλη] *genus mensuræ, hemina.*
(2) *ossis acetabulum*, 225. KnieSchüsslein / Beinhöle.

Cŏvĭnus, *currus falcatus*: ein Streitwagen (mit Sensen.)
(2) *aut cameratus*; ein Himmelwagen.

Cox-a, *os sub lateribus humanis, femorũ basis*: 214 Die Hüfft. [*an q.* Coossa? *ubi os ossi jungitur*? *Græcis tamen* κόξα *poples est.*]
(2) *femoris caput, Coxæ immissũ*: Hüfftthaupt.
-endix (*ĭcis*, *f.*) *coxæ lata extensio sub lumbos scapulæ ad instar*: 221, 305. Hüfftblat.

(2) *acetabulum, cui femoris caput immittitur:* Die Hüfftḣöle.

(3) *abusivè, etiam pro femore sumitur;* Schenckel / Schincke.

Crabro, (*ónis, m.*) *insectum volucre, vespâ majus*: 149. Hornüß / Hürnuß / Hörlitz.

Cracovia, 562. Cracaw.

Crambe, *braßica nigra, amarior*: 88. Brann= (oder Schwartz) Kohl. [κράμβη]

Crānium, *capitis testa oßea*: 227. HirnSchaal. [κράνιον: à κάρανον, *caput: q. d. Capitale os.*]

periCránium, [περικράνιον] *membrana inter cranium & cutem*: Hirnschaalen-Haut / Schwarte.

hemiCrānia, *dolor medij capitis*: 311. Hirnschaalen wehe / HalbenHaupts wehe.

> Cranium, pericranio *tectum, patitur* q̃vandóq; hemicraniam.

Crāpŭl-a, *ex nimia ingurgitatione capitis dolor*: 624. Haupt wehe (vom Fressen und sauffen.) [κραιπάλη]

-**āri** (*f. a. v.*) Fressen und Sauffen.

-**ōsus**, (& -eatus) *crapulationi deditus*: Fresserisch und Saufferisch.

> Crapula ve*xat* crapulosos, *q̃vi pri*die crapulati *sunt.*

Cra-s, *die seqvente*: 987. Morgē. [*v. ex H.* Macharas, cras; *sed Latinis amputato M.*]

-**stĭnus**, *qvod seqventis diei est*: Der Morgende.

-**stĭnó**, (*sc. die*) Morgendes (tags.)

> Q̃vi q̃*tidie* di... Cras, ve crastino *d... ille* proc... stinat *neg... tia, nox* procrastin... tione.

pro-

proCrastĭnā-re, (& ReCrastinare) *in dies protrahere*: 619. von einem Morgen zu dem andern (von Tag zu tag) aufSchieben.
-tio, aufSchiebung.

Crăsis [κρᾶσις, *is*, *f.*) *Medicis mistio, temperatura. Grammaticis, contractio*: 285. Zusammen Ziehung.

Crass-us, *corpulentus*; 238. Dick. [ἀ κρέας, *caro*, *q. Carnosus.*]
(2) *rudis, informis*, 71. Grob.
præCrassus, 292. sehr Dick.
-ĭties (& -itudo,) Die Dicke/
(2) Grobheit.
-escere, 50. Dicke werden.
-āmen (& -āmentum,) 706. *pars liquoris crassior, in fundo sidens*: GrundSuppe; Die Heffen.
Incrassare, 899. Dickmachen.

Crassus (2) *Victus* crassitiem *inducit corpori, dum facit ut* crassescat: crassus (1) *liquore deponit* crassamentum *in fundo*.

Crater (*éris*, *m.* & Cratēra, *f.*) *vas potoriū*: 861. ein grosser Becher/ oder Pocal. [κρατὴρ]
(2) *salientis fontis excipulum*. BrūnKastē/Brūnbeth.

Crăt-es (*is*, *f.*) *textura ex viminibus ligneis, vel ferreis, plexa*: 112. 344. Hürde. [ἀ κρατέω, *contineo.*]
-ĭcŭla, (*ferrea*), *cui imposita carnes aut pisces torrentur*: 365. ein Rost.
-ĭtius (*paries*), *ex cratibus factus*: 395. geStickte (wand.)
(2) 905.

E cratibus *fit* cratitius *paries*; *super* craticulam *piscis torretur*.

(2) 905. Hürdenweise geFlochten.

Crateuteria, (orum) ferreæ ansæ in qvibus Veru vertitur: 365. Brat Eysen/ Brat Bock. [κρατευτήριον]

Creā-re, ex nihilo producere: 973. Schaffen / erSchaffen. [ἀ κρέω seu κραίνω, perago, exseqvor.]
(2) Tr. Creare (Consulem, Rectorem &c.) Kühren / Wehlen.
-tio, 19. erSchaffung.
-tor, 11. 195. Schöpffer.
-tūra, (s. a. v.) 19. 195. geSchöpff/ Creatur.
proCreāre, verSchaffen / Herfür Bringen / Zeugen.
reCreā-re, 272. aufs new Schaffen / erQvicken/ erFrischen.
-tio, 504. LXXXVIII. erQwickung/ erFrischung.

Æternus Creator omnes Creaturas creavit tempore creationis: sed easdem adhuc per generationem procreat, beneficysq; suis recreat.

Creb-er (ra, rum) qvod sæpè fit: 299. 308. Öffter/ Offt wiederholend.
(2) aut densè Dicker.
[ex H. cabir, creber.]
-ro, (& -riter) freqventer: 188. Offtmals/ OffteгsDick/ Dickmals.
-rĭtas, freqventia, Öfftheit / (2) Dicke.
-escĕre (malè qvidam Crebrescere) crebrum fieri, invalescere: Offt werden/ je länger je mehr Zunehmē.
in- (& per-) Crebescere, idem. 565.

Creber (1) Ventus crebriter (2) perflans, facit crebrò, (1) ut crebra (2) pluvia inseqvatur; aut si lentè incepit, crebrescat.

Cred-ĕre, [ĭdi, ĭtum] *narranti fidem dare*: 279. *&c.* Glauben / glauben geben. [*ex* Cor do, *i. e. assensum. Hinc, Credidi, q.* Cor *dedi.*]
(2) *sibi ipsi fidem dare, existimare*: 595. glauben / (dafür) Achten / Vermeinen.
(3) *dare mutuum*: Leyhen / (auf glauben geben.)
(4) *idem quod* Confidere: 671. sich verLassen / verTrawen.
-ens, *qui credit*: Glaubig.
-ŭlus, *qui facilè credit*: LeichtGlaubig.
.)(. inCredŭlus, *qui etiam re intellectâ credere recusat*: unGlaubig / Hartglaubig.
-ŭlitas, 279. 646. Leicht Glaubigkeit (unvorSichtigkeit im Glauben.)
-ĭbĭlis, *creditu possibilis*: Glaublich.
.)(. inCredĭbĭlis, unGlaublich.
-ĭtum, *res concredita*: was man vertrawet hatt: geliehene sach / Schuld.
-ĭtor, *qui alteri pecuniā credit*: 661. ein Glaubiger (Leiher.)
conCrēdĕre, *sub fidem dare*: 644. verTrawen / anverTrawen.

Qui nimis facilè credit (1), *nec an* credibile *sit, quod narratur, attendit*, credulus *est*: *quem sua* credulitas *sæpe decipit.* *Contrà* incredulus, *quicquid audit*, incredibile *esse* credit (2) Creditor credit (3) *alteri pecuniam, quæ dicitur* creditum: *sed non semper tutum est, sua alteri* concredere.

Crĕm-āre, (*&* conCrĕmāre, 936.) *comburere*: 31. 836. verBrennen. [*H.* Camar, *flagrare, aduri.*]

Crematum vinum: 369. 379. gebrandter Wein, Brund-Wein.

-ium, *sarmentum quod crematur*: Reisig.

(2) *concremata assi vel frixi grumæ*: 365. Kresche.

Crembălum, *crepitaculum ferreum, quod dentibus insertum, & alterius manûs digito pulsatum, resonat*: 474. Brumeisen: MaulTrumme. [κρέμβαλον]

Crĕmor (*óris*) *succus è granis aquâ maceratis extractus*: ein Dicker Milch Safft, auß den Zerweichten Körnern außgepresset. [κρίμνον, *pulticula*.]

(2) *quodcunq; pingue à massa sua separatũ*: *ut* Crĕmor *lactis*, Milchrahm/Saane/Schmant.

Crēn-a, *incisura quævis*, Krinn / *ut*

(1) *Calami, ex qua atramentũ fluit*: 489. Schlitz.

(2) *Sagittæ, quà nervus immittitur*: Spalte.

(3) *Foliorum, quas habent in extremis oris*: Die Kerbē (außwendig an dē Blättern der Kreuter)

(4) *quibus agrestes numerum aliquem in ferulis memoriæ causâ consignant*: Kerb.

(5) *& ipsa talis ferula*: KerbHoltz.

[*omnia ab H.* Kur, *fodio*, *venam fodio*, [*unde & G.* κρήνη, *fons*.

-ātus, 110. geKrinnet / geSchlitzt / geKerbet.

Crĕp-āre, [*ui*, *itum*] *sonum edere*, [*Krap*, *Krep*] *duri alicujus vel rapturâ*, Krachen/ Knacken.

(2) *vel collisione*; 404. Rasseln.

(3) *vel*

Auriga flagello crepat (4); *currus per lapides tractus crepat* (2)

(3) *vel elisione*: Knallen.
(4) *vel contorsione violentâ flagelli*: Platzen.
(5) *vel in igne*; 31. 60. Prasseln.
(6) *hinc rumpi*, Bersten.
(7) *Tr. Prædicare, jactare*: Rühmen/ aufmutzen.

-ĭtare, *eadem omnia significat*. 31. 60.
In sp. (1) *crepitaculo*: Klappern.
(2) *ventre flatum sonorum emittendo*: Fartzen.

-ĭtus (*ûs*) *sonus ejusmodi*: *ut est* (1) *inflata violentiùs vesica*: Das Klatschen.
(2) *collisorum armorum*; Das Rasseln.
(3) *flagelli*, Das Platzen.
(4) *pedum*; Das Rauschen.
(5) *forium*; Das Knarren
(6) *ventris*: 298. Das Fartzen/ der Fartz.
(7) *elisionis*, 262, Das Knallen.

-ĭtācŭlum, *instrumentum crepax*, (1) *ad terrendum & abigendum aves*: ein Klapper.
(2) *vel oblectandis infantibus*; 474. 748. Kling büchse.

-undia, (*orum*) *ludicra quibus puelli crepitant*: 478. 748. Klipperwerck/ Kinderspiel.

-undiorum illuminator, 478. ein Klipperwerck mahler.

(2); *cùm quid in eo frangitur*, crepat (1); *cùm inflatu vesica* crepuit (6), crepat (3): *sal in igne* crepat (5): *jactator sua facinora* crepat (7), *licet interdum vix* crepitu (6) *digna*: *sed* crepitare (2) *incivile est*.

Crepitacula (1) *conferunt hortis*: Crepundia *pueris relinquenda*, *aut senibus* decrepitis.

Verbis increpare (2), *serium est*; *digitis* concrepare, *jocosum*; *ab aliis* discrepare, *bonum vel malum*, *prout res fuerit*.

conCrĕpāre (*digitis*) Schnallen/ Schnaltzen.
deCrĕp-āre, *desinere crepare*; außKlappern.
-ĭtus *senex*, (*qui jam decrepuit, h. e. res agere desijt*) 196. verLebet/ abgelebet.
disCrĕp-āre, *dissonare*: anders Klappern/ Mißhellig seyn.
-ans,, 922. Mißhellig.
-antia, 702. 965. Mißhelligkeit.
inCrĕp-āre, [*ui, ĭtum; & avi, atum.*] ein Knarren machen.
(2) *Tr. cum verborum crepitu objurgare*: 503. Schelten/ einen (mit worten) außMachen.

Crĕpĕrus, *luce dubius*: *obsol.* [*ab H.* Ge... *Vesper: quod est à* Garab, *misceri: quia in Vesp*... *lux & tenebræ miscentur.*] Zweyffelhafftig.
Crĕpuscŭlum (*sc. tempus*) *quò lux & tenebræ p*... *miscentur, cùm noctescit*: 22. die Demmerung/ Abe... demmerung/ Schimmerung.

Crĕpĭd-a (*dim. -ula*) *calceamentum subere suffultũ*: 383. Pantoffel.
[*κρηπὶς, ῖδος, idem: propriè ante basis, fundamentum. Dicitur ergò sic propter suberis basin.*]
-ātus, *crepidis calceatus*: Der Pantoffel an hatt.
-ārius, *qui eas conficit*: Pantoffel macher.
Crepīdo, (*ĭnis, f.*) *marginalis extremitas cu-*

Crepida ... *facit* c... das: *sed* ... pidato ... crepidin... *ripæ ob*... *bulare*, ... *est tutu*...

tas cujusq; rei; ut putei, patinæ, viæ, montis, &c. 205. 780. Bort/ Rand.
[*G. κρηπίς, margo*]

Crepusculum, v. Creperus.

Crescĕre, [*cre-vi-tum*] *ad majorem perfectionem surgere*: 25. 119. Wachsen (ZuNehmen.) [*ut ab Augeo Augesco; sic à Creo Cresco.*]

Crētus, geWachsen.

(2) cretus *aliquo patre*: geZeuget.

acCrē-scĕre, ZuWachsen/ aufWachsen.

-tio, (& -mentum) *accretionis augmentũ*; ZuWachs: das ZuNehmen.

conCre-scĕre, 60. Zusammen-Wachsen/ (-Rinnen/) geStehen.

-tus, 51. 61. 506. 818. Zusammen geWachsen/ (-gebacken / -gerunnen/ -gefroren.)

deCre-scĕre, *a suo statu sensim deficere*: 25. 396. abNehmen.

-mentum, 557: Das abNehmen.

exCre-scĕre, *in altum crescere*: 108. 317. aufWachsen; (in die höhe) Wachsen / (überhand Nehmen.)

-tus, außgeWachsen.

-scentia, 820. außWachsung.

inCre-scĕre, *crescendo augeri*: aufWachsen. (2) sehr ZuNehmen. 763.

-mentũ, 557. Wachsthum/das ZuNehmẽ.

proCrescĕre, 320. Herfür Wachsen.

reCre-scĕre, 120. wiederumb Wachsen.

-mentum, übergeWächs/ überFluß.

Dum Arbor crescit, *non potest quotidie illius* incrementum *videri*: accrescit *enim insensibiliter, dum succus intus* concrescit, *& foras* procrescit, *sursumq;* excrescit. *Sed aliquando*, succrescens *minor* supercrescit *majorem*. *Quicquid autem habet* accrementa *sua*, *habet &* recrementa, *tandemq;* decrementa.

sucCres

sucCrescĕre, 88. mit unter Wachsen.
superCrescĕre, über Wachsen.

Crēt-a, (*dim.* -ŭla) *terra alba pura, tenax, signandis rebus, extergendisq; pannis, apta*: 58. 264. Kreyde [*à* Creta *insula: ubi primùm inventa.*]
-ātus, *cretâ infectus*: geKreydet.
-ōsus, *cretâ plenus*: Kreydig / voller Kreyde / Kreydicht.
-āceus, *è creta*: Kreyden.

Qui Cretā, cretaceasq; *glebas è* cretosa *terra eruit*, *nanciscitur* cretatas *manus*.

Cretus v. Cernere & Crescere.

Cribr-um, *vas foraminosum, quô frumenta perpurgantur*: 356. 419. Sieb. [*ab H.* Cebarah, *idem.*]
-āre, Sieben / Sichten.
-ārius, 419. Siebmacher / Sieber.

Cribrarius *facit* cribra, *per quæ frumenta* cribrantur.

Cricētus, *mus major segetibus infestus*: 193. Hamster.

Crīm-en, *factum, quod malum judicatur*: Missethat. [κρῖμα, *à* κρίνω, *judico.*]
(2) *inde redargutio talis facti*: beSchuldigung.
-ĭnōsum *factum, crimen inferens*; Missthätig / Lästerlich.
-inalis exseqvutio, LXXXVII. LeibStraffe.
-ĭnāri, *criminis arguere*: 654. beschuldigen / verunGlimpffen.

Crimen *est*, crimine (2) *onerare innocentem, eumq;* criminari *tanquam* criminosum.

reCriminari, 654. Wieder beSchuldigen / (oder verunglimpffen.)

Crimnum [κρίμνον] 353. L. Alica.

Crīn-is (*is, m.*) *capillitium*: 160. 424. Haar. [*à* κρίνω, *discerno*; *Vel à* κείρω, *tondeo*.]
-ītus, *capillatus*: 29. Haaricht.
-ālis *acus*: HaarNadel / auffsetzNadel.

Crinita *mulier discriminat* crines crinali *acu*.

Crĭ-sis (*is, f.*) *naturæ & morbi conflictus*: Kranckheit Wechsel. [κρίσις, *judicium*.]
Dies Criticus, (*vel* Crisimus) *i. e. judiciarius*, *& indicatorius*, *quô morbus mutatur*; *ut quartus*, *septimus*, *decimusqvartus*, *decimus septimus*: 805. Kranckheit Wechsel Tag.
-tĭcus [κριτικὸς] *scriptorum censor*: Alten Schrifft-richter.

Crisp-us (*dim.* -ŭlus) *crine contortus*: 291. Krauß.
[*à* Crine, *&* σπάω, *contorqveo*.]
-āre, 468. Krausen / Kraußmachen.
-ātus, 393. geKrauselt.

Naturâ Crispus *capillus opus non habet*, crispari *ut* crispatus *sit*.

Crist-a (*dim.* -ŭla) (1) *coma in capite arrecta*: 468. Gestütz / Haar Püschel.
[*q.* Crinista, *crinis stans*. *Vel à* κέρας, *coma*.]
(2) *apex plumeus in avium capitibus*, *vel pileo*, *adaptatus*: FederPusch / FederStrauß.
(3) *apex carneus galli gallinacei*: 139. Hünerkam.
-ātus, 137. 145. mit FederPusch (oder Strauß) geZieret.

Criticus v. Crisis.

Crŏc-īre (-ītare) Kreyen wie ein Rab.
[à voce *ejus* Kroh, Kro.]
-ītus (& -ātio) *vox corvi;* Raaben geSchrey.

Crŏcŏdīl-us, *amphibium è lacertorum genere maximum*: 194. ein Crocodil.
[*G.* κροκόδειλος: *q.* κρόκας δειλῶν, *littora refugiens.*]
-ínus, Crocodilisch.

Crŏc-us (& -um) *herba, cujus flos, lutei coloris, pro aromate est*: 95. Saffran. [κρόκος, & ον.]
-eus, (& -īnus) *ex croco*: 77. Saffran-Saffrangelb.
-ātus, *croco infectus*: geSäffert.

Crocus croceo *suo colore reddit* crocatos *liquores.*

Crŏtăl-us (& -um) *crepitaculum ligneum*: ein Klapper. [κρόταλον, à κροτέω, *pulso.*]

Cruciare v. Crux.

Crudelis & *Crudus* v. Cruor.

Cruména, *pendulum nummorum marsupiū*: Tasche (Halß- oder Gürtel Tasche. [à κρεμνάω *pendeo*: vel κρεμαννύω, *suspendo.*]

Cru-or (*óris, m.*) *sanguis effusus concretus*: 362. geRunnen/ (gelieffert) Blut. [à κρυερὸς, *frigidus. Unde* & *Pol.* Krew: *frigore namque concrescit.*]
-entus, *cruore infectus*: 303. Blut-(rünstig
-entāre, *cruore inficere*: Blutrünstig machen/ Blutig machen/ beBluten.

Cruor, ex cruento vulnere defluens, cruentat vestes: *præsertim si vulnus* recrudescat.

Crūd-us (1) *cruore udus*: 64. 326. Roh/ ungeKocht, [*de carne enim incocta primò dicitur,*]
(2) *re-*

Crudæ (1 *carnes* ad*ferunt stomacho* cruditatem, *ni* per

(2) *respectu viscerum*: unDewlich.
semi Crudus, 301. halbRohe.
-itas, Rohigkeit/ undewligkeit.
-escĕre (& reCrūdescĕre) wieder Roh werden/ sich erNewern/ schwüren.

percoqvantur.
Crudelis *exercet* crudelitatē crudeliter.

rūdēli-s, (*ut à Fidus Fidelis*) *cruoris sitiens*: 173. 936. BlutDürstig/Grausā.
-ter, (-ssimè, 953.) BlautDürstiglich/ Grausamlich.
-tas, BlutDürstigkeit / Grausamkeit.

ru-s (*cruris*, *dim.* -sculum) *pars pedis à genu ad plantam usq;*: 214. 223. unter Schenckel.
[*q.* Clus, *à* σκελὸς, λ *in* ρ *mutato.*]
(2) *Tr. qvicqvid ei simile*: 407. Füsse.
-rale (*sc. tegumentum*) 383. Schefften.
-rāles *fasciæ, qvibus crura subligantur*: Kniebänder / Hosenbänder.
-rumtĕnus, 382. biß an die unter Schenckel.
-rifragium, 836. das Radbrechen.

ūst-a, (*dim.* -ula) *tegumentum duriusculum, qvod obducitur carni assatæ*: eine Schwarte.
[*an q.* Caro usta? *Vel* Coria usta?]
Hinc, per similitudinem, Crusta qvæ inest
(2) *pani igne cocto*: 356. 862. Rinde/ Krimme/ Ranfft.
(3) *vel vulneri*: Grind (auf der Wunden.)
(Crustā ducere; Grind bekom̃e.)
(4) *vel*

Crustas (1) *assaturæ*, & crustas *panis* (2) *appetunt juniorum dētes*. Crustam (3) *ducit vulnus, cùm solida deficit*; crustam (4) *flumen, cùm glaciat*.

Su-

(4) *vel glaciei*: Eyß Schollen.

(5) *vel animali crustato*: Schaalē.

(6) *vel parieti*: Tünche.

-ātus (*piscis*) 159. Dick Rindig / Hart- (Schaalig.

-ōsus, *idem*.

(2) *ob crustas friabilis*: Mürb.

-āre (& inCrustare, 400.) *crustā inducere*, mit Rinden überZiehen / überTünchen / Kleben.

(2) InCrustare (*ollā*) 410. Glesten.

inCrustatio, 64. Glestung.

conCrustata terra, geHörtete Erde (von der Hitze, oder Frost)

-ārius, 400. Lein Kleber / Tüncher.

-um (& -ŭlum, 471.) *panis tenuis, tostus & crustatus*: (Allerley Dürr-geBackenes) Oblaten / Hippen / Eisen-Kuchen &c.

-ŭlāta caro, *crustis massæ obducta & sic cocta*: ein Pastete.

-ŭlārius, *crustulorum & crustulatorum venditor*: ein Pasteten Becker.

(2) Oblaten Becker.

Suam crustam (5) *gestant crustata animalia, praebentque crustosam* (2) *escam*.

Crustariu[s] incrustat (1) *parietes*: *f*[i]*gulus* incru[s]tat (2) *olla*[m]. Crustulariu[s] (1) *parat crustulatas carnes*; Crustularius (2) *varia* crusta & crustula &c.

Cru-x, (*crucis, f.*) *structura è duobus lignis transversim fixis*, (*in qua malefici suspendebantur*: 836. 964. ein Creutz. [ϛαυρὸς]

(2) *patibulum damnatorum*: ein Galgen.

(3) *afflictio qualibet*: Pein / Marter.

-cĭfigĕre, *cruci affigere*: 951. Creutzigen / (ans Creutz hefften.)

-cĭfixus,

Qui Cru[ci] (1) *affigitu*[r] *vel a Cru*[ce] (2) *suspe*[n]*ditur, pe*[r]*fert mag*[nos] *nos crucia*[tus], *quib*[us] *ad morte*[m] *usque* exc[ru]ciatur.

piorum c[…]

-cĭfixus, 953. geCreutziget.

-cĭāre, tormentis affligere: 834. Peinigen / Qwälen.

-ciātus (ûs, & -ciāmentum) cruciati dolor: Pein / Qwal.

-ciabiliter, 624. Peinlich / mit marter und Pein.

dis- (ex- per-) Crŭciāre, diversis modis cruciare, 993. sehr Peinigen (oder Qwälen.)

(3) ipsos interdum crucians, nihil est ad Cruciamenta, qvibus discruciabuntur, qvi crucifixū mundi Salvatorem peccatis suis denuò crucifigunt.

Crypta, locus abditus concameratus: 336. (ein Gewelb unter der erden) Grotte / Grufft. [κρύπτη: à κρύπτω, abdo.]

-ticus, occultus: Grüfftig / verBorgen.

-tŏportĭcus, porticus subterranea, vel ædificiis undiq; clausa: 408. ein Gang unter der Erden.

Crypta & cryptoporticus, exstruuntur in locis crypticis.

Crystall-us (i, f. & -um n.) gemma aquea: 77. ein Crystall. [κρύσταλλος, glacies: qvod à κρύει σέλλομαι, frigore concresco.]

-ĭnus, Crystallinisch / Crystallen.

Cub-āre, [ui, itum, -itare] jacendo qviescere: 125. ZuBett Ligen / Niderligen. [ex H. Schacab, jacere, rejectâ literâ primâ.]

-ātus (& -ĭtus, ûs) cubantis qvies: 469. Das Ligen.

-īle (sc. stratum) in qvo cubatur: 130. Läger (Bett.)

Cubamus in Cubiculo, super Cubili, seu Cubiculari lecto, cubitu decenti. Aliqvando accubant sibi plures, accu-

R -icŭlum,

-ĭcŭlum (*sc. ædificium*) *ubi noctu cubatur*: 733. Lig- oder Schlaff-Kammer.

-ĭcŭlāris *lectus, cubiculo aptus*: Kammer Bett.

-ĭcŭlārius, *minister cubiculi*; 877. KammerDiener/ Kämmerling.

-ĭcŭlāta *navis*: 448. ein Schiff mit Kammern.

acCŭb-āre, *ad aliqvid cubare*: einem beyLigen. (beySitzen.

-ātio (*&* -ĭtus, *ús*) Das beyLigen / das

acCumbĕre, *ad cubandum se componere*: sich an etwas Legen.

(2) *insp*: 856. Sich zu Tisch legen (wie die Alten) oder Setzen.

conCu-mbĕre, beySchlaffen (beyLigen.)

-bĭtus, 626. Das beySchlaffen.

-bīnus (-bīna) 625. beySchläffer (-in.)

-bia *nox*, *prima noctis pars, ubi omnes cubitum ĭere*: Stille Nacht.

deCumbĕre, *ægrotando cubare*: 804. Darnider Ligen/ (zu Bette.)

disCŭbāre, sich nider Legen / Schlaffen gehen.

disCu-mbĕre, 857. sich nach einander Zu Tisch setzen.

-bĭtōrius *lectus*: 470. LigenTisch.

exCŭb-āre, *exteriùs cubare, nempe custodiæ causâ*: 771. 914. Draussen Ligen/Wacht halten.

-ĭtor, 771. Wächter / SchaarWächter.

-ix,

cubitu *honesto, nocte* Concubiâ: *qvidam verò* secubant, *aut sub arbore* recubant. *Cùm epulandum est*, accumbimus (2) *& ordine ad mensam* discubimus: *olim ad lectum* discubitorium.

Qui decumbit, excubare *non potest*: *Vali enim* excubitores *constituendi sunt in* cubiliis.

-iæ, (*plur. f.*) *militum excubantiũ turbæ*: 893. SchaarWache / Schild-Wache

Cŭbāre (*pectori*) 407. (auf etwas) Ligen. (2) *in sp.* inCŭbāre ovis, *dicitur avis, dum ea ad excludendũ fovet*: 136. Brüten.

Cumbĕre, *alicui rei*: 407. 459. Sich auf etwas Legen oder Lehnẽ/oder Stehnẽ. (2) *tr. studere rei*; obligen/ Fleissig seyn.

-bus, (*sc. morbus*) *qui in somno respirationem opprimit*: 309. Der Alp/ (oder Schröter.)

SuperinCumbere, von oben auflegen.

Cubāre (*&* Occumbĕre, 912.) *ob hostem suum cumbere, i. e. in prælio cadere*: Darnieder Ligẽ/ Todt bleiben.

Cumbĕre, *in terram se prosternere*: sich nieder Legen/ nieder Fallen.

Cumbĕre, sich nieder Legen oder Lencken.

Cubāre, 306. gestreckt Ligen.

Cubāre, *seorsim cubare*: beseits Ligen/ allein Ligen.

Cubare, 469. oben aufLigen.

Cumbĕre, *sub onere labi*: 637. 953. unterLigen/ Sincken. (2) gewoñen geben.

Incubus *sentitur* (1) *pectore* incubare: *sed avis* incubat (2) *suis ovis*: *arator* incumbit (1) *aratro*; *studiosus* incumbit (2) *studijs*. *Coram hoste victore satius est* procumbere, *quam* succumbere, *aut* occumbere.

-us (*&* -um, *ex* κύβιτον) *articulatio brachij media, cui accumbendo nitimur*: 212. 222. ein Ellenbogen. (2) *men-*

Cubitis (1) *innitimur* cubitali: Cubito (2) *mensuramus*

(2) *mensura cubitalis*: 124. ein Elle.
-ālis, *cubiti longitudine*: einer Ellen (lang.
lang.
biCŭbĭtālis, 177. 488. Zwo Ellen
triCŭbĭtalis (& Tricubitus)
106. 159. Drey Ellen lang.
qvadriCŭbĭtus, 174. vier Ellen (lang.
-āle. Polster.

mus res, a... sint cubit... les, vel bic... bitales, a... tricubitæ, ... vel qvad... cubitæ, &...

Cŭb-us, [κύβος] *teßera*: 523. Würffel.
(2) *omne tale corpus*: Würffel gestaltet / (
Eckicht) Ding.
-ĭcus, *cubi figuram habens*: Vier Eckicht.

Cŭcull-a (& -us, 380. & -ium,
& -io, *ónis*: *dim.* -unculus) *capitis tegmen assutum tunicæ*: eine
Kappe. [*à G.* κύκλος, *circulus.*]
(2) *Tr. tegmen papyraceum, qvo Aromatarij utuntur*: 796. ein
Scharnutzel / Dütte.
-ātus, verKappet.
bardoCŭcullus, *pallium cucullatum*:
412. BergKappe.

Qvi cu... (1) aut... docucul... gestat, ... cullatu... Aroma... rius ... piper ... lo (2).

Cŭcul-us, *avis cuculans*: 142. ein Kuck
oder Guckguck. [κόκκυξ: *omnia à sono.*]
-are, 142. Kuckucken.

Cŭcŭm-er (*ĕris*, & -is, *is, m.*)
herba latè se diffundens, fructu cylindraceo luxurians: 90. Gorcken / Cucumern.
Cŭcurbĭt-a, *cucumis maxima molis*,
for-

Cuc... dant... cond... tum... curb... puls... tum

formâq; variâ, oblongâ, cervicosâ, ventricosâ &c. 90. Kürbs.
-ŭla, vasculum chirurgicum, quò subcutaneus sangvis extrahitur: [à forma] 468. ein BadKopff / SchrepffKöpfflein.

Cucurbitula trahit sangvinem.

Cŭcūrīre, (vel Cucurrire) galli est, cur cucur dicentis: 139. Kackern. Hinc versus:
Gracillat gallina suis, gallusq; cucúrit.

Cŭcurri, pr. perf. à Currere.

Cūdĕre, [cu di, sum] metallum malleo tundere, & inde aliqvid fabricari: 414. 416. Schmiede. [κόπτειν]
(1) Cūdere (monētam) [νόμισμα κόπτειν] 418. Prägen.
(2) Cudere (libros) Drücken.
Cūsor (monetæ) MüntzPräger / Müntzmeister.
(2) Cusor librorum. BuchDrücker.
Cūsus (a, um) 414. geSchmiedet.
Accūdĕre, Dran Schmieden.
Excūdĕre, außSchmieden: (2) außFertigen (außDrücken.)
Incūdĕre, einPrägen / einDrucken.
Incus (údis, f.) ferrea moles, super qva ferrum cuditur: 261. 414. ein Amboß.
Procūdĕre, cudendo protendere: Dünner Schmieden, (den.
Recūdĕre, denuò cudere: wieder Schmie-
(2) Tr. 498. auf new Drücken / aufsnew aufLegen / (aufSetzen.)

Faber Cudit (1) super incudé ferrum; procudensq; illud, excudit (1) ferramenta varia, qvibus accudit ansas; & si qvid confractum est recudit (1) Sed Cusor (1) monetæ incudit imagines; Typographus verò excudit (2) & recudit (2) libros.

Cudŏ

Cudo, (*ônis, m.*) *galeæ substratum stragulum, nè ferrea durities caput lædat*: 888. Ledern Pickelhaube. [*à G.* κώδιον, *Vellus, pili.*]

Cujas, & *Cujus* v. Qvi.

Culci-ta (*&* -tra, -tŭla, *&* -tella -trŭla) *stragula plumis, tomento, vel simili materia molli, farta*: 349. 470. ein Küssen / Bettpfüel / Banckpfüel. [*q.* Culcata, *qvia inculcatur.*]

-trārius. Küssen- (Polster-) macher.

Cūle-us (*&* Culle-us *&* -um) *saccus major, non tā portari, qvam volvi, aptus*: 836. ein grosser runder Weltz-Sack / Wollsack. [*à* κυλέω, *Volvo*]

(2) *Dolium maximum, maxima liqvidorum mensura, XX. amphorarum*: 525. ein Fûder.

-āre *dolium*: ein Fûdrig Faß.

Cūlullus, *rotundus cyathus*: rundes Becherlein.

Culullus *volutatur super mensam*; Culeus *super terram*; Culeus *dolium vehitur plaustro.*

Culex, (*icis m.*) *insectum alatum, gracillimo corpore, pedibus oblongis, qvod cum bombilatione circumvolando infestat*: 149. ein Mück / Schnacke. [*q.* Aculex, *ab acuto aculeo.*]

Culina, q. Coqvilina, v. Coqvere.

Culm-us, *frugum calamus, à radice ad spicam*: 92. Halm. [κάλαμος, *&* καλάμη]

-en, (*ĭnis*) *tectum è culmo stramineum*: 40 Stroh-Dach.

(2) *cacumen tecti, & cujuslibet rei*: Giebel / Firs

Culp-

Culp-a, *noxa insciè admissa*, 623. 828. 925. Schuld / Straffbarkeit. [ἀ χαλεπὸς, *noxius.*]
in Culpa esse: 799. Schuldhaben.
-āre *aliqvem*, (-ĭtāre,) *culpa accusare*: beSchuldigen / Schuld geben / beZüchtigen.
(2) *ob culpā increpare*: beStraffen.
-ābilis, 632. (& -andus) *culpa reus*: Der an etwas Schuld hatt; Straffbar.
)(. inCulpatus; 674. unSchuldig / unSträfflich: ohn Wandel.

Culpam qvi *admisit*, culpandus, (1) *est*: *sed* inculpatum culpitare (2) *est ini*qvum.

Cult-er (*tri, m.*) *scissorium terræ* (*in aratro*): Das Sech im Pflug. [χαλκὸς, *idem*: & *securis, gladius.*]
(2) *omne scissoriū*: 415. 858. Messer.
-ellus, *i, m*. 104. Messerlein.
-rārius, *qvi cultros facit*: 415. MesserSchmied.
(*olim qvi victimas mactabat*: ein Opffer Schlachter.)
-rātus, *cultri instar acutus*: Messerscharff.

Cultrarius *facit* cultros (2) Culter (1) *in aratro scindit terram*.

Cultor, Cultura, Cultus, v. Colere.
Culullus v. Culeus.

Cūlus, *foramen animalis, qvā excrementa egeruntur*: Arß. [χῶλος]

Cum, (1) *nota rerum copulatarū*: 12. 327. Mit / Sampt. [*Et sic est Præpositio*: *venitq; ab H.* Gim, *G.* σὺν.]
unà cum: Mit sampt: ZuSampt mit.

Cum (1) *Deo loqveris* tùm, (2) cùm (2) *oras*. Cùm (3) *ergò*

qvocum, 533. Mit wem.
qvicum, 648. *idem.*
Cùm, (2) *Adverbiū temporis est*, 19. &c. Wann/ Da/ Dadoch. [*Atq; tunc alij, & forsan rectiùs, scribunt* Qvum: *respondetq; illi* Tum. (2) Dann.
Cùm (3) *conjunctio causalis, quoniam*: Dieweil.
Cum-tum (4) *Conjunctiones sunt: reddes*, Nicht allein-sondern-*vel*; So wol-alß-

gò scis, Dū um audire, ora cùm (4) reverenter, tùm (4) frequenter.

Cŭmĕr-a (& -um) *vas ingens qvô frumenta conduntur*: 336. ein Korn (Getreyd) Kaste.

Cŭmĭnum (*seu* Cўmĭnum,) 95. Kümmel. [*Pol.* Kmin: *G.* κύμινον: *H.* Cammon. *A.* Cimon.]

Cumŭl-us, *rerū congeries*, 342. ein Hauffe. [*à G.* ὅμιλος, *cœtus, multitudo.*]
-āre, *in cumulum agere*: Häuffen.
-ātè, *abundè*: Hauffig.
-ātim, *per cumulos*: mit Hauffen.
acCŭmŭlāre, aufHauffen/über Hauffen.

Si res cumulatè congeris, habebis cumulum; *si* cumulatim, cumulos. *Nimis tamē* cumulare, & accumulare, *ad qvid est?*

Cūn-æ (*arum*) *infantilis lectica*: 745. Wiegen. [*q.* Cubinæ, *à Cubo; vel à* κινεῖν, *movere.*]
-ābŭla (& inCūnābŭla, *orum*) *idem.* 748.
(2) *fasciæ infantiles*: Windeln.

Cunct-us (*sæpiùs pluraliter* Cuncti,) *omnes in unum conjuncti*: 12. Alle mit einander.
-āri, *moram trahere*: 639. Saumen/ Saumig seyn/ Zaudern,

Cuncti *adeste! Vos* cunctabundi *nolite* cunctari: *noxia* cunctatio *est, qvando res*

(*qvia*

(quia dum omnes coëant, mora requiritur.)
-ātio, Das Saumen / Saumnuß.
-ābundus (& -ans) qui moras nectit: Saumig / Langsam.
-anter, cum cunctatione: Langsam / Saumiglich.

res bona cunctanter procedunt.

Cŭne-us (dim. -ŏlus) clavus magnus acuminatus, quô tudite adacto ligna & lapides finduntur, aut rursùm constringuntur: 412. 460. ein Keil. [ὁ κῶνος, conus: aut q. κέων, findens.]
(2) Tr. in militia: Spitzige Schlachtordnung.
-āre, wie ein Keil zu Spitzen.
(2) ein Keilen / Keil eintreiben.
-ātim, 141. wie ein Keil in spitziger Schlacht ordnung.
-ātus, 895. Keil gestaltet / (Spitzig.)
Cŭneāre, auf- (oder Zer-) Spalten.
bCuneare, 459. unter Stossen / unter Schlagen.

Lignator discuneat Cuneo ligna: Bellator verò cuneat (1) exercitum, ut cuneatim pugnet.

ŭnicŭl-us, quadrupes lepori similis, terram perfodiens: 188. ein Kaninichen / Kanickel (vulgò Künigel) [κυνίκλος, Polybio.]
(2) ipse meatus sub terra: 906. ein Stollen: Gang (unter der Erden) / Mine.

Cuniculus (1) fodicat cuniculos: (2) facitq; terram cuniculosam. Cunicularius cuniculatim.

-os agere; Stollen treiben / unter Graben Miniren.

-ōsus; viellöcherich / Stollig.

-ārius, qvi cuniculos fodit: Stollentreiber / Minirer / Schantzgräber.

-ātim; mit untergraben / mit Miniren.

tim suffedit mania.

-Cunqve, particula adjectitia, indifferentiam significans; ut

Qvicunq; 107. 647. es sey wer es wolle / Welcher es sey.

Qvâcunq;, wo einer Durch will.

Qvaliscunq;, es sey wie es wolle.

Qvantuscunq;, so groß es sey wie es wolle.

Qvandocunq;, Zu welcher Zeit es wolle / So offt.

Qvomodocunq; v. Modus.

Ubicunq;, es sey wo es wolle.

Undecunq;, es sey woher es wolle / woher es auch wolle.

Qvicunq; tibi promittit, qvādocunq; bonum qvodcunqve. & qvalecunq;, aut qvantumcunq;, accepta id: undecunq; sit petendum, aut ubicunqve qværedum.

Cūpa (vel Cuppa) vas vinarium amplum: ein Kuffe. [à Capio, propter capacitatem.]

(2) vas cerevisiarium: 378. ein Bier Tonne.

Cŭp-ĕre, [īvi, ītum] aliqvid habere velle: 436. Begehren. [ab H. Chabab, diligere.]

-ītus, Der Begehrete.

-ĭdus, Begierig.

-ĭdè, Begierlich.

-ĭdĭtas, 615. 621. Begierligkeit.

-ĭdo (ĭnis; f. m. & Poët: Cupédo) ardens cupiditas: 628. Begierde / Lust.

Cupere honesta, cupitisq; frui licita cupiditas est: sed cupidum esse inhonestorū, eaq; concupiscere nimiâ cupidine illicitum.

conCŭp-ĕre (& -iscĕre, 941.) *pleno affectu in aliquid ferri*: Begierig seyn: Gelüsten/sich gelüsten lassen.
-itus, *a*, *um*, 274. gelüstet.
-iscentia, 620. gelust (gelustigkeit) Lust-Seuche.

dis- (& per-) Cŭpĕre, Hefftig Begehren/ (oder gelüsten) / immer fort und fort Begehren.

Cŭpĕdi-æ, *arum*, (& -a, *orum*) *cibi qvi cupidè eduntur*: 471. Leckerbißlein; geNäsche.
-a, (æ,) *cupediarum cupiditas*: Die Leckersucht / Näscherey.
-us (& -ōsus, & Cŭpes, *is*) *cupediarum sectator*: Nascher.
-ārius (& -nārius, 471.) *qvi cupedias parat & vendit*: Leckerbißlein Becker.
-nārium *forum*: NaschenMarckt.

Prava discupere, & percupere, *prava* concupiscentia *est*.
Nisi Cupedias *pararet* Cupedinarius, *nec esset* Cupes *aliqvis*, *nec* cupedia, *nec forū* cupedinarium.

Cupress-us, *arbor è perpetuò virentibus, odorifera*: Cypressen Baum. [κυπάρισσος]
-eum (& -ĭnum) *oleum*: Cypressen Oehl.
-ētum, CypressenWald.

Cupr-um, *æs Cyprium* [*qvod est ab insula Cypro*] 66. Kupffer.
-eus (& -ĭnus, 379.) Kupffern.

Cur, Warumb? [*contractum ex* Cui rei, *aut* (*si antiqvi* Qvor *dixerunt*) *Qvare*?]

Cūr-a, *de re quapiam rectè expedienda attenta cogitatio*: 164. Sorge. [*q.* Cor ura. *Potiùs tamen ab* ὤρα, *cura, solicitudo*; ὠρέειν, *curare.*]
-æ esse *alicui* : 854. 989. Sorge für etwas haben (oder Tragen.)
-iōsus, *qui plusquam opus est curat*: 199. allzu Sorgfältig / Sorgsam / vorWitzig.
-iōsè, Sorgfältiglich.
-iōsĭtas, 600. 621. 632. Sorgfältigkeit / vorWitz / Achtsamkeit.
inCurabilis, 310. (*vox Medicorum*) unHeylbar.
inCúri-a, *cura intermissio*: 503. Sorgloßigkeit / unAchtsamkeit.
-osè, 734. Vnachtsamlich.
-ōsus, *qui nihil curat, negligens* : Sorgloß / unAchtsam.
seCūr-us, *sine cura & metu* : 803. Sorgenfrey / Sicher.
-è, Sicherlich.
-ĭtas, 822. Sicherheit.
Cūrā-re, *curam rei habere*; 278. 348. &c. Sorgen / (versorgen) Achten / in Acht Nehmen.
(2) *ut aliquid fiat, operam dare*: 320. 435. Fleiß anWenden : verSchaffen / beStellen.
(3) curare (*agrum*): 293. 704. 806. verSorgen / Pflegen / Curiren.
-tor; 426. 738. Der verSorger / Pfleg Vatter / Schaffner.

Cura *rem*, *res servat*; Incuria *perdit*; *sicut et intempestiva* Securitas; Curiositas *plerumq.* *confundit*. *Praestat tamen* curiosum *esse*, *quam* Securum, *aut* incuriosum. Curator curet *commissum sibi negotium* curatè: procurator procuret *necessaria*, *ut in promptu sint*; *&* accuret, *ut omnia fiant* accuratè. Accuratio *ubiq.* *laudem habet*.

-tio, Die Pflege.
-tūra: verSorgung.
-tè, *cum cura*: Sorgfältiglich/Fleissiglich.
-torius, 709. PflegVätterlich.
acCūrā-re, *diligenter curare*, 649 mit Sorgen bestellen. (gemacht.
-tus, 501. 583. mit Sorgen (*i. e.* Fleissig)
-tè, 801. mit Sorgen / bedachtsam / genaw.
-tio, Bedachtsamkeit / Fleiß.
prōCūrā-re, *curando efficere*: 557. 783. verSorgen/ verSchaffen.
-tor (-trix) *qui res alterius procurat*: 827. verSchaffner / Anwald.

Curcŭli-o, (-uncŭlus) *insectum frumenta erodens*: 129. Kornwurm. [*an quia* curat gulam ?]

Cūri-a, *domus in qua ad publicas* curas *convenit*, (Hauß.
(1) *sive Senatus*, 10. 776. 785. Rath;
(2) *sive populi pars peculiarē societate habens*: 786. ZunfftHauß.
hinc (3) *ipsa societas*, *seu tribus*: Zunfft.
-o, (*ōnis*) *curiæ magister*; 786. ein Zunfftmeister.
-ālis, *ad curiā spectans*: Zunfft genoß.
-ātim, *per curias ordine*: von Zunfften zu Zunfften/ den Zunfften nach.
-āta (*comitia*) *omnium curiarum*, wenn alle Zunfften zusammen erfordert werden.
-āta (*lex*) *ab omnibus curijs lata*: von Zunfften geschlossen.

In curia (1) *convenit Senatus*: *in* Curiam (2) *convocat* Curio curiales *suos*: *in comitijs* curiatis, *perlata suffragia* curiatim, *constituuntur leges* curiatæ.

Cur-

Cur-rĕre, [*cucurri, cursum*] *citato gradu ire*: 442. Lauffen. [*κυρεῖν, occurrere, accurrere, propinqvare*: *qvod ab H.* Karah, *ejusdem signif.*]

-săre, (& sĭtāre) *frequenter currere*: 160. Stets Lauffen/ Rennen.

-sor, 843. Der Lauffer/ (BothLauffer.)

-sus (*ûs.* & -sūra, 843.) 21. 843. Das Lauffen/ der Lauff.

-sim, 838. im Lauff/ beyLaufftig.

Currĭcŭ-lum, *cursuræ spatium*: Lauffplatz/ RennPlatz.

(2) *Tr.* 198. ein Lauff.

-lò, Lauffend/ Lauffig/ Schnell.

Curr-us (*ûs*) *vehiculū rotis currens*: 437. ein Wagen.

-ĭcŭlus (& -ĭcŭlum: 437.) (ein klein leicht) Wägelein / Kalaß.

Cŭrūlis (*extrito R*) *qvi curru fit*, 848. Zu Wagen.

acCur-rĕre (*ri*, & -sāre) Herzu Lauffen oder Rennen.

-sus, (*ûs*) ZuLauff.

circumCur-rĕre, (-sitāre, 167. 796.) ümbLauffen. (Lauffen.)

conCur-rĕre, 586. Zusammen Lauffen/ (auf-
(2) concurrere (*prælio*) 896. Treffen/ Zusammen Treffen.

-sus, (*ûs*) 518. ZusammenLauff / aufLauff/ Zusammen stossen. (2) das Treffen.

deCur-rĕre, [*decucurri,* & *decur-ri, -sum*] 46. 178. abLauffen.

Cursor currit curriculò, *qvò mittitur*, cursim *expediens sua qvoq; negotia.* *Qvidam* & curru *utuntur*, *si* cursare *pedibus non sufficiunt*. *Vel* præcursor præcurrere, *aut varia loca citò* percurrere *necesse habet*.

Tumultu alicubi orto, multi procurrunt, & accurrūt, & concurrunt, (1) & circumcurrunt, & discurrunt (1): *etiam foras* excurrunt, & *in pericula* incurrunt, *nisi tempestivè* recurrant. *Ad bellum cernitur militum* ac-

cur-

-ſus, (*ûs*) 47. 578. Das ablauffen.

disCur-rĕre, (& -ſāre, 269. 937.) 416. (Hin und wieder) Lauffen.

(2) *ratiocinando differere*: Discuriren/ (So und ſo von Sachen) Redē.

-ſus, (*ûs*) ein Discurs.

exCur-rĕre, 256. 914. außlauffen/ herauß lauffen.

-ſio, *in bello eſt*: 894. Das außlauffen/ außfallen/ Streiffen/ auf Parteyen reitē.

inCur-rĕre, [*ri*, †] 550. einlauffen/ anlauffen.

-ſio, 895. (& -ſus, *ûs*) anlauff.

interCurrĕre, 41. 550. Darzwiſchen lauffen.

ocCur-rĕre, 894. entgegen lauffen/ Fürlauffen/ Fürkommen.

(2) *tr. obviam venire*, Begegnen.

-ſus, (*ûs*) Das entgegē komen/ das Begegnen.

perCurrĕre, [*percucurri*, & *percur-ri*, *-ſum*] 537. Durchlauffen.

præCur-rĕre, vorlauffen/

-ſor (& anteCurſor) vorlauffer.

proCur-rĕre, 843. Herfür lauffen.

-ſus (*ûs*) 436. Lauff/ das Rennen.

reCur-rĕre, [*ri*, †] 959. Zuruck lauffen/ wieder Kommen.

-ſus (*ûs*) Ruckauff.

ſucCur-rĕre, *ſubſidio accurrere*, Zuhülff lauffen/ beySpringen/ entSetzen.

(2) *in mentem venire*: 668. inn Sinn kommen/ einfallen.

-ſus,

curſus; *in prælio armorum* cōcurſus; (1) *tum & varia* excurſiones *ac* incurſiones. *Colloqvia qvid ſunt niſi* diſcurſus? *ubi colloqventes ſic vel ſic de rebus* diſcurrunt. (2)

Qvum tibi pauper occurrit (1) *etiam inopinato* occurſu) ſuccurrat (2) *tibi, ut ei* ſuccurras (1)

-sus (ûs f. a. v.) entSatz.
(Latini Suppetias dixerunt.)
transCur-rere, 773. (& -sare, 271.)
überLauffen.
-sus (ûs) 722. überLauffung.

Currûca, avicula: 143. eine GraßMücke.

Currus, & Curulis, v. Currere.

Curt-us, justo brevior: verKurtzt/verMutzt.
[à κυρτὸς, curvus: vel ab H. Katzer, abbreviare.]
-âre (& DeCurtâre) verKürtzen / verMutzen.

Curv-us (in- & re-Curvus) inæqualiter flexus: 517. 292. Krumm.
[G. γυρὸς, & ῥικνὸς]
-âre, (inCurvâre) 928. Krümen/Beugen.
-ĭtas, 527. (& -âmen, & âtûra, 438.)
Die Krümme.

Si novella arbor curvatur, fiet recurva, nec ejus curvitas (curvatura) ad rectitudinem redibit.

Cusco, 562. Die Statt Cusco.

Cusp-is (ĭdis, f.) cujusvis ferramenti acuminata extremitas: Spitze. [q. cusus pes.]
-ĭdâre, 414. Spitzen.
-ĭdâtus, 157. 393. geSpitzt.
-ĭdâtim, Spitzig/ spitzweise.
triCuspis (ĭdis, g. o.) DreySpitzig.

Ut Culter cuspidem habeat, cuspidatur: sed tricuspis furca cuspidatim cus[…] est.

Custo-s (ódis, g. c.) rei alicujus servator, aut observator: 170. 877. ein Hüter (-in) / Bewahrer.
[à costando]

Custos cum suo subcustode destinantur cus[…] di[…]

-dia,

-dia, *custodis observatio*: 776. Die Hut: geFängnuß.

(2) *custodes ipsi*: Die Hüter.

-dire, *rem solicitè servare vel observare*; 776. 833. Hüten/ beHüten/bewachē.

-dītè, *cum custodia*, beHutsamlich.

inCustōditus, 674. unbeHütet.

subCustos, *custodis vicarius*: unterHüter/ NebenHüter.

dia (1) *rerum ut eas* custodirè custodiant; *q*vod incustoditum *est*, *perit facilè*.

Cūti-s, (*is*, *f*.) *carneum carnis tegumentū*: 160. 226. Die Haut (am leib.) [*à* κύτος, *corium*, *pellis*.]

-cŭla, Häutlein.

subCūtāneus, 294. (& subterCŭrāneus) *qvod sub cute est*: unterHautig.

interCus (*cŭtis*, *g. o.*) *inter cutem & carnem exsistens*: 301. Zwischen Haut und Fleisch seyend.

ēCūtītus, *cute nudatus*: beSchnittener.

(2) *cute restitutus*, mit haut bewachsen.

Cutis *tegit id*, *q*vod subcutaneū, *aut* intercus, *est*. *Membrum* Cuticulâ *nudatum*, *dolet*; recutitū (2) *non item*: *q*vod *experiuntur* recutiti (1) *Judæi*.

Cyăn-us, *herba cum flore cæruleo*, *segetibus gaudens*: 265. KornBlum. [κύανος]

-eus *color*: 265. Kornblum Farb-Lasur-Blaw.

Cyathus, *poculum unius haustûs*: 525. ein Becherlein. [κύαθος]

(2) *nomen mensuræ*: 526. vier Löffel voll.

Cyclāminus (& -um) *rapæ genus*: Erdapffel: Schweinbrod. [κυκλάμινος]

Cyclus [κύκλος] *L. Circulus v. Circus.*

Cydonium v. Coroneum.

Cygn-us [κύκνος] *L. Olor.* Schwan.
(2) *signum cæleste*, 545. Schwan.
-eus, *olorinus*: Schwanen-

Cўlindr-us, (*m.*) *columella teres, qvâ volutatâ, vel terræ superficies solidatur*; 333. 523. eine Waltze.
(2) *vel massa farinacea dilatatur*: Welger Holtz.
(3) *vel linteamina lævigantur*: Mangel Holtz.
[*Gr.* κύλινδρος: à κυλινδέω, Volvo.]
-ăceus: 90. 527. WaltzFörmig.

Cymb-a (*dim.* -ŭla) *navigiolum*: 448. ein Kahne. [κύμβη]

Cymbăl-um, *instrumentum musicum æneum, æs tinniens*: 474. ein Cymbel. [κύμβαλον]
-ista, (*m.*) ein Cymbelschläger.

Cўnosbăt us (*f.* & -um, *n.*) *silvestris rosa*, [κυνόσβατος & -ον, *Canirubus*.]
baccæ Cynosbati: 101. Hanbutten/ Hagen Butzen.

Cўnŏsūra, LeytStern.

Cўprīnus [κυπρῖνος] *putatur idem esse cum* Carpione; 155. ein Karpff.
Cyprīnus latus: 155. Brechsem.

Cȳrus, 574. Cyrus.

D.

Dactўlus [δάκτυλος] L. *Digitus.* Finger.
Dehinc (2) FingerRing.
Dactўlōthēca: RingKästlein.
(3) *Latine palmula*: 115. Datteln.
(4) Dactylus, *in metro*: 697.

Dædalus, *i, m.* 427. Dedalus.

Dæmo-n, (ŏnis, *m.*) *spiritus Angelicus*: Engel (gutt oder böse.)
[δαιμὼν, *sciens, intelligens.*]
(2) *Nobis plerunq; Angelus malus*: Teuffel.
-nium, *dæmonis natura*: 318. Teuffeley.
-nĭcus, (Englisch) Teuffelisch.
-niăcus, *à Dæmone obsessus*: vom Teuffel besessen.
căcŏDæmon, *malus dæmon*: 938. Teuffel.

Dæmones *sunt boni & mali*: *sed malum* dæmonium (cacodæmō) dæmoniacos *male vexat*, dæmonicâ *vi*.

Dagon, 929.

Dalmă-tia, Dalmatien.
-ta, 560. Dalmatier.

-dam, *adjectio*: Et- Etwan: *ut*
Qvidam, 917. etwan einer.
Qvædam, etwan eine.
Qviddam, Etwas.
Qvondam [*pro* qvandodam] Etwan einmahl.

Mihi qvidam qvondam *promisit* qviddam *pro re* qvâdam.

Dăm-a (*dim.* -ŭla) *cervorum genus minimū*: 180. Dam Hirsch. [*ex G* δαμάλη, *bucula, vitulus. NB. Alij sumunt pro Capra silvestri.*]

Dămasc-us, Damasco.

-ēnus pannus: Damast / oder Damasck.

-ēna *pruna*: Vngerische Pflaumen.

Damn-um, *noxia rei diminutio*: 658. Schade. [Ζημία, & Ζημίωμα, *damnum*: vel à πημονὸν, *idem*.]

-um dare, *inferre*: Schaden thū / Schadē.

(2) *accipere, facere*; Schaden leidē.

-o afficere, beSchädigen.

-ōsus, *damnum ferens*: 601. Schädlich / Schadhafft.

X. inDemn-is, *à damno immunis*: 180, 676. SchadenLoß / unSchadhafft / unbeSchädigt.

-itas, *damni evitandi ratio*: Schäden Losigkeit.

-āre, (& conDemnāre) *tanqvam damnosum rejicere*: alß Schädlich verWerffen.

(2) *dati damni reum facere, pœnæq́; addicere*: 830. 837. verDammen / verVrtheilen.

-ātus, (*capitis vel capite, i. e. ad capitis pœnam*) verDammet.

-as *præstare aliqvid, i. e. damnatus ad præstandū*: Schuldig.

-ātio, *condemnatio*, verDamnuß.

conDemnatus, 832. 925. verDamet / verVrtheilet.

inDemnātus, unverDamet; unverVrtheilet.

Qvi alteri damnum *intulit, qvácunq;* damnolâ *re*, damnas est *rependere*. Damnatur (2) *etiam, qvi cùm poßit aliqvem* indemnē *servare, non servat. Si tamen rursum* indemnitatem *præstat, fit è* damnato indemnatus.

Dan-ia, Dennemarck.
-us, 560. Dennemärcker / Dän.

Dānŭbĭ-us, *flumen Germaniæ*: 561. Donaw.
-ānus, *quod inde est*: Donawisch / Donaw.

Dap-s (*dapis, f.*) *epulum opiparū*: 857. Kostbare und köstliche Speise.
[ἀ δάπανος, *sumptuosus*, Das viel kostet.]
-ālis (*vel* -atica *cœna*): Köstlich: Kostbar.
-ĭfer, *dapium lator*: 877. Truchses / (der das Essen aufträgt.)

Dapifer *instruit* dapalem *cœnam* dapibus *opiparis*.

Dapsilis, [δαψιλὴς] *abundans, largus, amplus*: 886. Weidlich / überauß Groß.

Dā-re, [*dĕdi, dătum, -tāre*] *rem suam alteri offerre*: 23. 130. Geben. [δῶ, δίδωμι]
(2) *in sp. operam*: 505. Fleiß anwenden / sich befleissigen.
(3) Dare se (*via &c.*) Sich begeben auf.
(4) Dari, *pro habere*: 443. Haben.
(5) Dare veniam 653. Verzeihen.
-tio (*&* -tus, *ûs*) Gebung.
-tor: Geber.
-tum: eine Gabe.
-tārius: was zu Geben ist.
-tātim (*ludere*), *dandō & recipiendo*: 849. Gebend und wieder nehmend.

Liberalis dator datat *sua* data *non* datatim, *sed liberali* datione: *tametsi, quod non est* datarium, *non* dat. (1)

-tâ operâ, mit Fleiß.

Composita.

circumDă-re; 435. 771. umbGeben.
-tus: 229. 780. umbgeGeben.

Reliqva Composita mutant Conjugationem, sic

-dere, -didi, -ditum.

abD-ĕre, *à conspectu dare*: 164. 374. beseits Geben (verStecken.)
-ĭtus, 177. beseits geGeben / verSteckt / Heimlich.
-ĭtè, verborgen / Heimlich.
-ĭtum, 408. beseits gelegener (Heimlicher) winckel / verborgener Winckel.

ad-Dĕre, (& coadDĕre, 672.) 386. 435. ZuGeben / hin zuThun.
superadDere, 964. DarZuThun.
-ĭtus (*a, um*) 254. 350. ZugeGeben.
-ĭtio (*in Arithmeticis*) 511.
-ĭtāmentum, ZuGab / ZuSatz / Zulag.
-ititius, (*a, um*) 552.

Condĕre, *simul dare, vide suo loco sub* C.

dēD-ĕre, 616. 901. Aufgeben / überGeben / erGeben.
-ĭtus (*studijs*) erGeben.
-ĭtio, 908. 909. erGebung / aufGebung / überGab.
-ĭtĭcius (*populus*) Das sich erGeben hatt / (untergebener.)

Ab hoste circumdatus, abdit *se, si potest, in* abditum, *ut* abditus *sit, & se* de- dere *non cogatur: nisi* deditus *sit ignaviæ, &* dediticius *fieri* datâ operâ *velit.*

diDĕ-

diDĕre, q. *Dividere*.
eDĕre, *facere*: 951. Thun.
(2) (*librum*) *in lucem dare*: Herauß Geben / an den Tag Geben.
(3) Edere partum, Gebehren / in die (Zur) Welt bringen.
-edĭt-us, (1) *foras datus*: 196. 934. an Tag geGeben.
(2) *eminens*: 771. Herauß Stehend / Hoch Stehend.
.)(. in Editus, *non foras datus*: nicht herauß (an den Tag) gegeben.
-or (*libri*) 498. Der (ein Buch) an Tag gibt / oder außGehen lässet.
-io (*libri*) 498. an Tag Gebung / Herauß Gebung.
-ītius *judex*, *à parte una solùm electus*: außgeBetener Commissarius.
inDĕre, 147. 336. anGebē / ein Geben / (einThū.)
indere nomen, Nahmen geben.
adinDere, 489. ZuThun / ZuGeben / hinein Thū.
obDĕre, (*fores, pessulum*) 403. (vorGeben) vorSchieben / vorLegen / vorThun.
perD-ĕre, *in perniciem dare*, Zum untergang Geben.
(2) *seu scienter*, corrumpere; 605. Zunicht Machen / verDerben.
(3) *seu inscienter*, amittere; 843. Verlieren.
-ĭtus, verDerbt / verLohren.

Libri sæpè eduntur *etiam iteratâ* editione, *qvos præstaret esse* ineditos.

Edititius *judex neutrius partis juri pessulum* obdat.

Natura cuivis rei indidit, perditionē *fugere*. Perditus *ergò est, qvi seipsum* perdit, (2) *aut sua* disperdit.

Prudentiâ præditus *nihil facilè* deperdit.

-ĭtio, 625. verDerbung/ verDerbnuß/ Verlierung.

-ĭtor, 993. VerDerber.

dePerdĕre, *de toto aliqvid perdere*: 68. Verlieren.

disPerd-ĕre, *diversimodè perdere*: 270. verSchwenden/ Zu nichte Machen.

-ĭtio, 915. Zu nichte machung / verDerbüg.

præDĭtus (*participium sine Verbo, q. præ alijs donatus*:) 121. beGabet.

proD-ĕre, *rem qvæ latere poterat, foras dare*: 142. 804. Herauß Geben / Herfür Thun / Zu erkennen geben.

(2) *hosti pravis consilijs tradere*: 171. verRathen. *Hinc*

-ĭtio; ver Rätherey/ Das verRathen.

-ĭtor; 911. verRäther.

-ĭtōriè; verRätherisch.

redD-ĕre, *rem oblatā restituere*: 40. 481. wieder Geben.

(2) -ĕre (*rationem*) 757. 790. Rechnung geben / (thun.)

(3) -ĕre (*Latinum vernaculè*) *est interpretari*: verSetzen.

(4) -ĕre (*bonum, doctum &c.*) *est efficere*: 171. 602. (Fromm gelehrt &c.) machen.

-ĭtio. 593. Wiedergebung.

subD-ĕre, *supponere, subjicere*: 955. unterGeben / unterSchieben.

-ĭtus, *sub dominium datus*: 709. 874. unter Geben/ Unterthan.

Im prudens prodit *sua arcana temere*(1): *at qvi alterum clandestinâ* proditione *hosti* prodit(2) proditor *est*.

Redde (1) *Creditori, qvæ debes*: redde *rationem* (2) *cur non prius reddideris*: redde (3) *hæc qvæ legis in vernaculum*; *ut* reddaris (4) *in his promtus*.

Cui te subdidisti, *aut cujus* subditus *es, ei præ*

-ititius (& -itivus) *pro genuino suppositus*: 565. an statt eines andern unter Schoben / Falsch. | *præsta obseqvium verum, non* subdititium.

Trad-ĕre, *in manum dare, porrigere*: 567. &c. überGeben/ überAntworten/ einHändigen/ beHändigen. | Trade, *qvod tuum non est, cui debes*, traditione (1) *fideli*.

(2) *docere*: 996. Lehren.

-itio, 920. überGebung.

(2) *majorum instituta*: 949. (mündliche) überGebung: Der Alten aufSetze/ Satzungen.

David, 572. 951. David.

De, *nota motûs ab una re ad aliã*: Von. | *Primùm cogita* de *pietate*, dein, *de honestate*, deinceps *de utili*; deniq; *de jucundo*.

Dein, 323. & Deinde, 349. (*propriè de præterito*:) Darnach/ Hernach.

Isatis, 96. Weid.

Ischi-um [ἰσχίον] *L. coxa:* Hufft.
-ăticus *dolor* (*vulgò corruptè,* Sciatica *sc. passio*) & Ischias. Hufftwehe.

Ischūria, 303. Harns verstopffung.

Isicium, 362. Leberwurst.

Isra-el, Israel.
-ēlīta, 571, Israeliter,
-eliticus, 948. Israelitisch.
-eliticus *populus:* 571. Das Volck Israel.

Ister, 561. Die Donaw.

Isthmus, *terra bimaris*, *seu angustus terræ tractus inter duo maria:* 49. Enges Land (Zwischen Zweyen Meeren.) [ἰσθμός]

Ita, *hoc modo, sic*: 12. 50. So/ Also. [οὕτω]
-aq; , 707. 737. 887. Alß Dann/ Derohalbē.
Item, *est nota continuationis similiū*: 55. 154. Also auch/ Desgleichen.
Itemq;, 474. 837. Desgleichen auch.
Non item, 27. Nicht auch/ nicht.
Identidem, [*q. item & item*] Dann unnd wann; offtmahls.
Itidem, *eodem modo* [*ex* ita, idem] 242. 663. Gleichsfalls.

Ita *sentit Salomo*, itemq; *Plato, alij Philosophi* itidem (*licet* non itē *stupidum vulgus*) identidem *redire eosdem casus. Nihil* itaq; *novi sub sole.*

Ital-ia, Italien / Welschland.
[*à Pecorum copia*: ἰταλὸς *n. Vitulum sonat.*]
-us, 560. ein Welscher / Italiener.
-icus, 524. Welsch/ Italienisch.

Iter (*&* Itiner, *eris, n.*) *itio in via, & ipsa via*: 128. 429. ein Reise/ Weg. [*ab* Itu.]
Itinerari-us, (*a, um*,) Raise-
Itinerarium, *de laboribus itineris scriptum*: 432. ein Raisebuch.
Iterare (*&* reIterare) *iter* (*& dehinc quidvis*) *repetere*: 685. 964. Wiederholen. [*assonat* δευτερόω]
Iteratio, 595. 688. (*&* reiteratio, 594.) Wiederholung.
Iterum, (*&* iteratò) *cum iteratione*: 21. 346. Wiederumb.

Qui ingreditur iter *induit* itinerariam *vestem*: *qui magna* itinera *facit, consignat ea* itinerario: *si* iter iterat, *scribit* iterum *&c.*

Iulus [*trisyllabū* ἴουλος] *lanugo fructuū*: Fäserlein.
(2) *in corylo villi racematim compacti, florem praecedentes*: 119. Kätzlein/ Lämblein/ Zäsel.

Jod consona.

Jăcēre, *proſtratum eſſe*: 74. 230.
Ligen / gelegen ſein. [*Jaceo q.* ἴα κέω, *Vi poſitus ſum*, *M. M.* *Rectè*: *Cubare enim voluntarium eſt*: *Jacére violentum ferè*, *& ſine motu.*]
adJăcēre; 210. 248. Dabey Ligen.
circumJacēre, umb- (Herumb-) Ligen.
interJacēre, 18. 556. Zwiſchen etwas (Dar-zwiſchen) Ligen.
obJacere, entgegen Ligen.
præJacere, Dar vor Ligen.
subJacēre, 204. 985. Drunten Ligen / untergelegen ſeyn / unterworffen ſein.

Italia jacet *Germaniæ auſtrum verſus*: *cui* præjacent *Alpes*, adjacet *Dalmatia* (*ſed hic* interjacet *mare Adriaticum*) objacet *Sicilia*, circumjacent *verò* *&* ſubjacent *quædā minores inſulæ*.

Jăc-ĕre, [*jeci*, *jactum*] *ſublatum aliquid violenter à ſe mittere*: 845. Werffen. [*Jacio q.* ἴα σείω. *vi quatio.*]
-tus (*a*, *um*) geWorffen.
-tus (*ûs*) Wurff.
-tūra, *idem*. *Hinc*
(2) *damnum ex jactu mercium in mare*: 452. außWurff der Gütter ins Meer (ſchiffbruch abZuwenden.)
(3) *in gen. damnum ex qualibet re amiſſa*: VerLuſt / Schaden.
-turam facere, *ejicere*; 452. außWerffē.
(2) *damnum pati*: Verluſt leyden.

Nauta jacit *bolidem uno* jactu: *aleator* jactat (1) *talos ſæpè*: jactabundus jactator jactitat (2) *ſeipſum*, *ſuas vires* jactanter. *Tu fuge quæſo*: jactantiam (2) *ſed & rurſum* abjectionem animi.

Jact-āre (& -ĭtāre) 308. offt Werffen / Würffeln.

(2) *Tr. gloriari*, 630. 934. seine sachen auf Werfen/groß machē/(sich) Rühmē.

-ari, 452. Hin und her geworffen werden.

-atus (*ūs, m.*) 446. 842. Werffen.

-antia, 630. (& -ātio, 850.) Das hin und her Werffen: (2) Ruhmrätigkeit.

-anter, Ruhmrätiger weise.

-abundus; Ruhmrätig.

-ator: ein Rühmer/ aufSchneider.

abjĭcĕre: 528. 947. weg Werffen: ver Werffē/ von sich werffen.

abJect-us; verWorffen.

(2) *humilis, spretus*: verAcht.

(3) *pusillanimis*; verZagt. (muth.

-io animi, *pusillanimitas*: verZagter

adJic-ĕre, 573. 685. HinZuWerffen/ (Zugebē.)

-ialis *cœna, quæ alicui solenni actui adjicitur*: nachPancket.

adJectivus, (*a, um*) ZuWerffig.

circumJĭcĕre, Herumb werffen/umbGeben.

conJĭcĕre, 573. (*fr.* ConJectāre) Zusammen Werffen/ Werffen.

(2) *Tr. divinare* [*q. mentem in rem jaciendo*] 597. verMuthen / Muthmassen/ abNehmen/ erRathen.

conJectanea, *idem quod Collectanea*, Zusamen geworffene sachen.

conJectūr-a (& conJectātio) 280. verMuthung/ Muthmassung/abNehmung.

-ālis

Abjectus (3) *vere est ille, qui nō audet sperare, nisi ab aliis* abjecta (1), *qualis & ipse fit* abjectus (2), *necesseq; habebit acquiescere quibusvis* ejectamentis, *quæ aliis* rejicula abjiciunt.

Trajicere, *flumen facile est, commodo* trajectu. *Sed cum navigantibus per mare*, objicitur *procella, quæ illis* circumjicit *decumanos fluctus, &* superjicit *terribiles undas, &* conjicit (1) *ex una abysso in aliam, & minatur* disji-

-ālis. *quod conjecturâ colligitur*: Muthmässlich/ Das errathen wirdt.
-āre, Muthmassen/ erRathen.
dejĭcĕre, 685. 850. abWerffen: niederWerffe.
dejectio, 299. weg Werffung.
in sp. 810. Stulgang.
disjĭcĕre, 32. 947. (& disjectāre, 31. 492.) ZerWerffen/ Hin und Her Werffe.
ejĭcĕre, 299. 306. (& ejectare, 354) außWerffen.
(2) ejicere *in exilium*: 925. verJagen/ verBannen. (außWurff.
. Eject-a (& -āmenta, *orum*) *res ejecta*:
injĭcĕre, 335. 389. (& injectare, 859.) einWerffen/ Auflegen/ aufWerffen.
interjĭcĕre, DarZwischen Werffen.
interjectus: DarZwischen gelegt.
objĭcĕre, 205. 481. (& objectare, 666.) *ante vel contra jacere*: vorWerffen/ entgegen Werffen.
(objici, Vorgeworffen werden/ vorkommen/ vorStossen.)
(2) *Tr. opponere crimen vel argumentum*: vorWeisen / einReden.
object-io; 589. vorWurff/ einWurff/ ein
-um: 606. gegenWurff. (Reden.
-acŭlum, *septum aquaticum*: 355. verHinderung/ wehr/ wasserwehr.
Obex (*ĭcis*, *m. f. pro* Objex) *objectum rei impedimentum*: Vorwurff (vorgeWorffene) Hindernuß.

disjicere, *ac* deiicere *in profundum*: *dum sic, inquam, metus naufragii* injicitur, (2) conjecta (2) *quid illis animi esse soleat? Horror* trajicit *miserorum corda*; faciuntq; jacturam (2) *omnium rerum, cum maxima sua* jactura (3)

Minus periculosa est jactatio (1) *disputantium*: *ubi de* subjecto, *vel* objecto, *scientiarum, aliisq;* conjectaneis *sibi invicem* objiciunt *argumenta*, objectionesq; *rursum dissolvunt*: *tandem*

(2) in sp. *foribus aperiundis*: 403.
vor Schub (im Schloß.)

projicĕre, 845. 599. Hin Werffen.

project-ūra, *adsificij pars projecta*: 407.
v. Menianum, & Suggrundia.

-um (& -a, orum) *podium pensile*:
ein Hangender Gang/ Bühne.

rejic-ĕre, 298. 299. 950. Hinter sich Werffen/
AußWerffen.

-ŭlus (& rejectāneus) außWürffig/
(Das man außWirfft) Das nicht taugt:
unTauglich/ Hin würfflich.

subjicĕre; 834. unterWerffen.

subject-us (*a. um*) 305. 518. unterWer-
ffen/ unterschobē/ unterThā/ untergesetzet.

-io, 768. unterschiebung/unter Thänigkeit.

-um, 586. 587. 704. unterWurff/Fragwort.

subjectare, *sursum deorsum jactare*,
würffeln/ Hin und Her werffen.

superjicĕre, 323. (& super injicere,
533.) überWerffen/Drauff werffen.

trajicĕre, *in alium locum jacere*: über-
bringen/ über Werffen.

(2) *telo, transfigere*: 898. DurchWer-
ffen/ DurchSpissen / DurchDringen.

(3) *flumen*, 448. (ein Wasserfluß) über-
Fahren. überSetzen.

traject-are, 387. DurchZiehen.

-us (*ûs*) *trajiciendi flumē locus*: 448.
Die überFahrt/ überFuhr/ Die Fähre.

dem enim (post conje- cturalem *Victoriam)* adjicitur *Cana* adjicialis; *praesertim cum pro gradu disputatum est. Belligerator quaerit sibi alios,* subjicere, *ut plures habeat* subjectos: *sed coacta* subjectio *intuta est, invenit* obices (1)

Jacob, 949. Jacob.

Jactare & Jactura v. Jacere.

Jacul-um, *qvicqvid in hostem eminus jacitur*: ein Wurffgewehr/wurffpfeil.
(2) *rete, qvod & Funda*: Wurffgarn.
[*à jaciendo.*]
-āri, *jaculū mittere*: Werffen/ Schiessen.
-ator: 845. ein Wurff/ Schütz.
-ātōrius *campus*: ein wurffplatz/ (Schieß-Platz.
-us, 131. ein SchießSchlange.
eJacul-āri, 189. 897. HinaußWerffen (oder Schiessen.)
-atio, 850. außSchiessung.

Jaculum (1) *in bello* jaculari, & *scitè* ejaculari, *discit in campo* jaculatorio jaculator. Jaculum (2) *immittere aqvæ, non tanta artis est.*

Jam, *nota temporis* (1) *aut præsentis*; 15. 559. &c. Jetzt / Jetzunder.
(2) *aut modò præteriti*; 950. Nur jetzt/ Schon. Allbereit.
(3) *aut instantis*: 197. 995. Jetzt gleich/ jetzt bald.
[*ex H.* Hajom, *hodie, modò.*]
Jamjam; 573. Jetzt bald.
Jamjamq; *idem.*
Jam-jam -25. 546. Bald Dieß/ -bald Das &c.
Jam dudum, *jam pridē*: schon vorlängst.
Jam verò: Nun aber.

Jam (3) *hic erit, qvi veniet*: *est* jam (1) *qvi venit*: jam (2) *fuit, qvi abiit.* Jam-jam *adero, & loqvemur* jam *hoc*, jam *illud.* Jam dudum *debebas id scire*: jam verò *non disces?*

Jān-ua, *qvâ itur in domum*: 403. Thür/ (Das gantze Thürgerüste.)
[*ab* ineo, *ingredior*: *Gr.* ἰέναι, *ire.*]
-itor (-itrix) *januæ custos*: 404. 761. Pförtner/ Thürhüter (-in.)
-eus (& Janus) *paganis Januæ Deus*; Thürgötze.

Januæ *custos*, Janitor *est*; *anni*, Janus. *Tu dic anni* Janua *est* Januarius.

Jānuārius, mensis primus, reliqvorum qvasi janua: 552. Jenner.

Japhet; 569. Japhet.

Jaspis (idis, m.) gemma viridi colore: 76. Jaspis. [ἴασπις]

Jĕc-ur (jecŏris, & jecinŏris, n.) officina sangvinis in animali: 250. 245. Die Leber. [Boh. Jatra & Pol. Wantroba, omnia à G. ἦτρον, Venter.]
-uscŭlum, (dim.) Leberlein.
-ĭnŏrōsus v. Hepaticus.

Jĕhōvah, 1000. nomen qvô seipsum Deus appellavit Exod. VI. 3. Herr. [Hebraicum ducitur ab esse, q. Essens, Ens entium: Selbstwesend.]

Jējūn-us, cibo non pastus: Ungessē/ Nüchtern. [ab ἰνίω, evacuo, inanio: est enim tunc ventriculus inanis.]
(2) Tr. imbellis, Schwach/ Schlecht/ gering.
-āre, à cibo abstinere: Fasten.
-ium, cibi abstinentia: 949. 859. Das Fasten/ FastenZeit.
-è, imbelliter, Schlechtlich.
-ĭtas, imbellitas, geringkeit.

Jejunus (1) stomachus est jejunantis; jejuna(s) oratio nervosè loqvi nescientis. Jejunia observant religiosi; jejunitatē sermonis Oratores inepti.

Jentā-re, matutinum cibum sumere: Zu morgens Essen / Frühstücken. [à G. τένθω, & τίνθω, edo comedo: τ in j verso.]
-cŭlum, 622. Morgenbrod/ Frühstück/ Imbiß.

Jerusālem, 564. Die Stadt Jerusalem.

Jēsus,

Jēsus, 950. JESUS.
[ἰησοῦς, ex H. Jehoschuah, Salvator, Heiland.]

Jŏc-us, verbum aut factum ludicrū: Schertz / Schimpff. [ab εἰκασία, comparatio, assimilatio, conjectura.]
-ŭlus (dim.) Schertzlein.
-āri, jocos loqui: 650. Schertzen / Schertz oder Schimpff treiben.
-ario, 650. Schertzung / Schertzrede.
-ōsus (& -ābundus, & -ŭlātor) jocis plenus: Schertzlich / Schertzhafftig / Schimpffig.
-ŭlāris. 698. (& -ŭlārius, & -ŭlātorius) risu dignus: Lächerlich / gesschertzig.
-ò (ŭlo, -ōsè, & ŭlārĭter, 682.) per jocum: auß (oder im) Schertz / Schertzweise.
-o perdere, verSchertzen.

Jocus, condimentum est sermonis, tempestivè adhibitus: jocari ergò sic, ut quæ jocò dicuntur, seriò prosint, licet. Aliàs, tempus joco perditur si quis nimiū sit jocosus aut jocularibus delectetur.

Josua, 571. Der Josue.

Jŏvis (is, m.) Ethnicis summus Deus: 931. 933. Der Höchste GOtt. [ab H. Jova, quod contractum ex Jehova.] Usitatè in Nominativo dicitur Jŭpĭter, q. Jova Pater, sed obliquos retinet Jŏvis, Jŏvi, Jŏvem.
(2) Jupiter planeta, 26. 546. Jovis stern.
Jŏvis dies: 551. DonnersTag.
[Jovi enim fulmen attribuebant.]
Vejŏvis, 934. dæmon: Butz.
[q. parvus aut malus Jovis.]

Jŭb a,

Jŭb-a, *crines à collo animalium penduli*: 169. Die Mäen/ KammHaar. [*φόβη, id.*]

-ātus, *jubâ ornatus*: 178. Mäenicht.

-ar (*ăris, n.*) *lucidior Stellæ radius*: 27. (Stern) Glantz. [*quia se jubæ instar spargit.*]

Jŭbere [*jussi, jussum*] *præcipere*: 501. Heissen. [*an ex Jus habeo? Verius ab H.* tsivvah. *jubere.*]

Juss-us (*ûs*, & -um) 19. geheiß.

injussus, *non jussus*: ungeheissen.

Si quis malum quid jubet, jussa *ne facias*: *Bonū autem* injussus *etiam facito.*

Jūbĭl-āre, *præ lætitia clamare* 910. Jauchtzen/ Jubiliren. [*ab H.* Jobel.]

-um (& -ātus, *ûs*) *clamor rusticorum exultantium*: Das Jauchtzen/Jubelgeschrey/ JuchSchrey.

-eus annus; *quinquagesimus, quò in V. T. lætitia publica indicebatur, captivorum libertate, servorum manumissione, debitorū remissione &c.* 943 Jübel Jahr.

Jūcund-us, *delectationem afferens* 13. 610. Lieblich/ Wolgefällig. [*q.* jocum dans: *ideò etiam per* o *scribitur*, jocundus.]

-è, 694. Lieblich

-ĭtas, 634. Lieblichkeit.

-injucundus, 839. unlieblich.

Jucundi *sermones habent* jucunditatem: injucundum *audiri* jucundè *non potest.*

Jūd-a, [*ἰούδα*] *filius Jacobi Patriarchæ*; 948. Juda.

-æus [*ἰουδαῖος*] 564. 948. Jud.

-aĭcus 923. Judisch.

-aismus, XCVI 972. Judenthumb.

A Juda *oriundi sunt* Judæi: Judaicam *Religionem vocamus* Judaismū.

Judicare & Judicium v. Dicare.

Jugĕrum, *agri portio, 240 pedes longa. 120 lata* [*qVantum uno* jugo arari *potest uno die. Ergo à Jugum & Aro.*] 332. ein Morgẽ acker/Jochart.

semiJūgĕrum: ein halbe Jochart.

Jūg-is (*is, e,*) *continuatus*: 652. 719. Stätig wehrend. [*cùm tempus tempori jungitur sine fine,*]

-ĭter: 942. Stets/Stättiglich.

Juglans v. Glans.

Jŭgŭl-us (&-um) *anterior & exterior colli pars*: 109. Gurgel/Drüssel. [*à* gula, *qVa per jugulum transit.*]

(2) *infimus juguli scrobiculus*: Halß grüblein. [*Laniones* Stich *appellant.*]

(3) *circulus ferreus pro includendo delinqventium jugulo*: Halß tragen/Halß Fiedel.

(4) *Jugula* (*orum, plur. n.*) *ossa juguli ima, dextrum & sinistrum*: 219. Halßbein.

-āre, *jugulum abscindere*: 362. Die Gurgel abstechen / (wie ein vieh) / umbbringen.

Hominem jugulare, *h. e.* jugulum (1) *illi à* jugulis *praecidere*, (4) *tragica res est*: jugulum (3) jugulo (2) *imponere, ludicra.*

Jŭg-um, *lignamentum, qvò boves aratro junguntur*: 883. Joch. [ζυγὸν] *Hinc*

(2) *qvaeunq; alia structura jugo similis, ut in ponte, vinea &c.* 371. Joch/ Weinlaube.

(3) *instrumentum, qvò eqvi currui*

Jugum (1) *est, qVò* jugarius jugatorios *boVes* jugat; & adjugat; *finitoq; labore rursùm* abjugat; *postri-*

rui junguntur, funibus alligati (jugum subjugiorum, Vitruv.) 441. Die Deichsel wage. (balcken.

(4) *scapus bilancis*: 532. 533. Wagen-

(5) *lignum quô textores stamen circumvolvunt*: 387. Weberbaum.

(6) *cervix Testudinis*: Lauten- (Geigen-) Kragen.

(7) jugum *montis, summitas in longum protensa*: Der Rucken des Bergs.

(8) jugum (*boum, columbarũ &c.*) ein Paar

-ālis, Joch- Zum Joch gehörig.

-alis thalamus, 930. Ehelich bett/Ehebett.

-āmentum, *qualecunq; ligneũ vinculum*): 438. Bande.

(2) *in sp. lignamentum distensoriũ*: 339. Rämen (Daran man Tücher auß-Dehnet.)

(3) 411. Fenster-Ram / Fensterbogen.

-ārōrius *bos*: ein Joch- (oder Ziehe-) Ochs.

-ārius, *qui jugatos boves agit*: Jochochsentreiber/ Pflugtreiber.

-āre, *jugo copulare*: 450. Zusammen Jochen Paren/ (oder Spañen)/anSpañen.

-ata vitis, 371. geHeld Reben.

adJūgāre, *jugo alligare*: 441. anJochen / ausmJoch spannen.

ab- (de- & se-) Jugare; *à jugo liberare*: 332. entJochen / vomJoch außSpannen.

conJug-are, *jugo copulare*, 741. Zusamen Jochen

stridie denuô conjugat, & *pest à* jugalibus *vinculis* sejugat; *donec sapius ita* conjugos subjugando, subjugales *efficiat*.

Sed Equi curribus junguntur bijuges (bigæ), trigæ & qvadrigæ, sejuges & octijuges &c.

Jochen (oder Spannen/ Paaren/Fügen)
(2) verEhelichen.

-atus, 741. 743. verEhelichet.

-ātio, Zusammen Fügung/ (Paarung.)

-is (& -us) *jugo copulatus*: Zusammen geJochet/ oder geSpannet.

contractè Conjux (*ŭgis, g. c.*) *maritus* (*vel* -a) 740. 742. Ehenoß. [*q.* ehelichen Jochs genoß.]

-ium, *conjugalis copula*: 735. 766. Ehe/ Ehestand [*q.* ehelich Joch.]

-ālis (& -iālis) 751. LXXIX. Ehelich.

subJŭg-āre, *sub jugum mittere*: 575. unters Joch bringen/ beZwingen.

-is (& -ālis *bos*) *jugo adsvetus*: unterJochig/ des Jochs gewohnt: Lastbar.

biJŭg-i (& -es *eqvi*) Zweyspannig.

Bigæ (*contr*: *ex* Bijŭgæ) *duo eqvi prajuncti*: 441. Paar (Zusammen gespanneter) Pferde.

Tri- Qvadri- gæ: 441. Drey- vier- (zusammen gespante) Pferde.

se- & octo- juges, 441. Sechs- Acht- (zusammen gespañte) Pferde.

Multijug-is (& -us) *varius, multiformis*: Mancherley (weise.)

Similis est ratio Conjugum; *qvi* conjugali *copula sociantur, ad faciliùs ferendum* multijugas Conjugij *ærumnas*.

Julēpum (& Julēbum) *potio ex succis herbarum cum melle*: 818. Julep.

Julius Cæsar, 576. Julius der Keyser

Julius *mensis*: 552. Hew Monat. [*à* Julio Cæsare, *cujus natalis fuit; anteà dictus* Qvintilis.]

Julius (*a, um*) HewMonatlich.

Jument-um, *qvadrupes domestica major, operarum nostrarum adjumentum*, 169. Last thier oder Joch-Vieh. [*sive q* juvamentum, *à juvando*; *sive q* jugmentum, *à jugando*.]

-aria *mola*, 355. Roßmühl.

Junc-us, *herba palustris, enodi caula, sine folijs*: 106. Sembden. [*qvia multa virgula* junctim *crescunt*.]

-ētum, *juncosus locus*: Sembdiger ort.

-ōsus, *juncis plenus*: vollSembden.

-eus (& -īnus) *ex junco plexus*: Sembden.

-ĭdus (& eJuncĭdus) *tenuis sicut juncus*: Dünn.

Jun-gĕre, [*xi, ctum*] *res diversas copulare*: 49. 507. Zusamenthun / zusamenfügen / Fügen. [*q. in unum agere*: *Assonat & G.* ζευγνύω.]

-ctus; geFügt / zusammen gefügt / 129. ver-

-ctio, Fügung / zusamen Fügung (Knüpffe.

-ctūra: 225. eine Fuge.

-ctim, 4. mit einander geFügt / Sämptlich.

ab- (de- & dis-) Jungĕre, 442. von einander Fügen / abSondern / außSpanen.

disJunctim, 614. abSonderlich.

adJun-gere: 503. HerzuFügen / beyFügen / zuSpannen.

-ctus (*a, um*) 307. ZugeFügt / beygefügt.

-ctum, 583. ZuFüge.

conJun-gere: 705. Zusammen Fügen / an einander Fügen. (der.

-ctim, 222. Zusammen geFügt / mit einan-

ctio,

Jungimus res, *qvas* junctas *esse volumus*: & conjungimus *eas* junctim, *qvandoq*, *tam arctè*, *ut* junctura *non appereat*: *sed & alias eis* subjungimus, *aut rursum* abjungimus, *pro lubitu Amicis aliqvid blandè*, (1) injungimus *subjectis severè*

-ctio, 549. Zusammenfügung.
ctus (*a. um.*) 679. Zusammen gefügt.
inJun-gere, etwas anFügen/ (2) anBefehlen.
-ctio, anBefehlung.
interJüngere, *idem quod* Abjungere.
præJungere, (*s. a. v.*) 441. vorSpannen/ vornen anSpannen.
seJun-gere; 507, 764. abZügen/ abSondern/ Scheiden.
subJun-gere, 442. anFügen/ anHengken/ an(Spannen.
-ctivus *modus*: anFügig/ anHengtig.
transJungere, (*Ulp.*) *jumentum ex uno jugo in aliud transferre*: umbSpañen.

Verè injungimus (2), *adjunctâ comminatione. Dum Auriga eqvum tràsjungit, priùs eum ab altero, cui adjunxerat, disjungit.*

Jūnĭpĕr-us (*i, f.*) *arbuscula baccifera, foliorū loco aculeis vestita, in qva baccæ aliæ alijs semper subnascuntur*: Wachholder Baum/ Kaick.
[*Ergò q. juniores pariens fructus.*]
-inus, *a, um*, 143. Wachholder/ Kadick.

Jūnius, *mensis*: 552. Brachmonat.
[Junius *est* juvenum, *qvi fuit antè senum.* Ovid.
Alij à Junone, *q.* Junonius.]

Jūno (*ónis, f.*) 931. Reichtumsgöttin.

Jupiter v. Jovis.

Jūrā-re, *justi & æqvi vindicē Deum invocare*: 649. Schweren / einen Eyd thun: [*à* Jure, *h. e. justitia, qvæ sic defenditur. Hinc* Jurejurare, *idem qvod* Jurare.]
-ns, 649. Schwerend.
-tor, 828. Schwerer.
-tus, *qvi juravit*: 649. 828. geSchwort.
)(. inJurātus: ungeSchworen.

Jurat, *qvi suas assevcrationes* juramento (*seu* jurejurando) *confirmat*. Adjurat *verò judex eum, cui* injurato *non fidit*.

-tò, mit einem Eydschwur.

-mentum, 649. (& Jusjūrandum: 828.) ein Schwur/ Eyd/ Eydschwur.

abJur-are, *rem creditam perjurio negare*: 657. abSchweren (mit einē Schwur verleugnen.)

-ātus, abgeSchworen.

adJurare, *jurando ad fatendum obstringere*: 600. beSchweren/ beEyden.

conJura-re, *occultè in alicujus perniciem conspirare*: Sich zusamen verSchweren.

-ti, *juramento in perniciem alicujus sociati*: Zusammen geSchworne.

-tio, 883. Zusammen verSchwerung.

deJurare (*apud Plaut. nunc usitatius*)

dējěr-āre, *valdè jurare*: 649. Hoch Schweren/ Hoch und thewer Schweren.

-atio, Leichtfertiges Schweren.

eJūrāre (& eJěrāre) *quod facere nolis, jurando negare*: 798. verSchweren.

obJūrare, *idem quod Adjurare*.

perJūrare (& Pejěrāre, 649.) *falsò jurare*: Falschen Eyd thun/ Meyneydig werdē.

perJūri-um: 649. 837. Falscher eyd/Meineyd.

-ōsus (& Perjūrus) Meineydig.

ut jūratò *veritatem fateatur*: *quanquam solent* jura*etiam fa*[...] *fu loqui*, [...] dejerando pejerare, [...] e. perjurio *conscienti*[...] *am grava*[...] *re*; *homi*[...]*nes* perjuri[...] *Quidam præ fastidi*[...] *etiam res bonas* eju[...]rant; *alij* al[...] jurant *creditum*; *al*[...] conjurant [...] *alterius perniciem* &c.

Jurg-āri (& -āre) *cum aliquo verbis asperantibus contendere*: Hadern/ Kyffeln. [*ab H.* gagar. *objurgavit. increpavit. Unde & Polon.* Karáć.]

-ium, 852. Hader/ Zwist.

-iōsus,

si quis jū[...]gia *excitat* & *cum a*[...]*lijs* crebrò jurgatur, jur[...]gator est: *di*[...] *nus*, *quen*[...] *em*[...]

-iōsus, Haderhafftig/ Kyffeliche.

-ātor, Haderer/ Kyffler.

obJurg-āre, *ob aliqvid reprehendere*: 663. Zu Reden setzen / mit worten straffen / beSchelten.

-atio, *objurgatorius sermo*: Wortstraffe/ Scheltung.

-ātōria *verba*: Scheltwort.

omnes objurgent, *repetitáq;* objurgatione, *&* objurgatorijs *verbis*, *ut se agnoscat*, *&* jurgiosus *esse desinat*, *obtineant*.

Jus, (*juris*, jusculum) *cocti cibi liqvor*: Brühe/ Suppe. [*H.* Jazak, *effluere*, *fundere*. *Vnde & Boh.* Gicha/ gissta.]

Jus-spissum, 368. Soot/ Gallerte.

-piperatum, 368. gePfeffert (gewürtzt)

-nigrum, 368. Schwartzsoot. (Soot.

-gelatum, 368. geStandene Soot/ Sultzē.

Jūrŭlentus, 368. (*&* Jussŭlentus, *&* Jusculentus, 366.) *jure coctus*: mit einer Brühe / in einer Brühe gekocht / voll Brühe. (picht.

Jūrea (*placenta*) *instar juris fluida*: Suppicht.

Juri caro *incocta*, jurulenta (*seu* jussulenta *est*: *sed cui affusum duntaxat est* jus spissum, *aut* jus piperatum, *aut* jus nigrum, *aut* jus gelatum, *dicitur* jurea.

Jus (*jūris*) *Dei & rectæ rationis jussum*: 708 Das Recht. *Ergò à* Jussum: *potiùs tamen ab H.* Jzachar, *rectitudo*, *aeqvitas*: *qvod obliqvus casus* Juris *ostendit*.]

Jus dicere: Recht sprechen.

Jūr-e, 564. 765. 825. mit Recht / von Rechtswegen/ (mit fug.)

-ĭdĭcus, 826. (*&* -ĕdĭcialis, 691. 823.) Zum Recht gehörig/ Rechtsprechig/ Rechts- (Process.)

Qvi jurisdictionem (2) *in aliqvo loco habet*, *dicit* jus, *die* juridico, *&* *processu* juredicialì: *cùm tamen* justitiū *est*, *abstinet* jurisdictione (1).

Jūris-dictio: 784. Rechtspruch.

(2) juris potestas: 768. 871. Gerichts-Zwang/ Botmessigkeit.

-pĕritus (& consultus, 719. & Jurĕconsultus, 505. 600.) Rechts-gelehrter/ Rechts verständiger/ Jurist.

-pērītia (& prudentia, 505.) Rechts-verständigkeit/ Juristerey.

inJūri-a, factum contra jus: 653. 884. Das unRecht.

-us, 661. (& -ōsus, 757.) faciens contra jus: unRecht/ unBillich.

-osè, 642. UnRecht.

Jūstitiam [q. jus-stitium, cùm ob aliquem casum jus sistitur.] 832. Gerichts anstand.

Just.us, jus servans: 657. 790. Recht/ Gerecht/ (gerechter.)

(2) jure factus: 664. 732. Billich / Gebürlich. (Gerecht.

-è, jure servato: 662. Rechtlich / recht/

-o (major, minor, longior &c.) 288. Als billich ist.

-ĭtia, juris observantia: 642. LXVII. Gerechigkeit.

inJust-us unGerecht/ unBillich:

-è. unBilliglich.

-ĭtia, unGerechtigkeit/ unBilligkeit.

Justa (orū. sc. reqvisita, officia) Die geBühr.

(2) in sp. officia exseqvialia benemeritis jure debita: 865. Begräbnuß Ceremonien.

Juris peritus defendit, injuriâ affectos jure, contra injurios, secundùm jurisprudentiæ leges.

Justus (1) exercet justitiam: injustus studet injustitiæ. Mercenario justè datur justa (2) merces: defunctis justa (2) negantur injustè.

Jŭvā-re, [*juvi, jutū, freqv.* Jūtāre] *opem ferre*: 806. Helffen. [*à* Jove. *omnium opitulatore.*]

(2) *imperſ.* Juvat *i. e. delectat*; es erfrewet.

-men, *qvicqvid nos juvat*: 457. Hülffe: Hülffzeug.

adjŭvāre (& adjutare) 811. embſig Helffen.

adjŭ-mentum (& -tōrium, 730. & -vāmen, 354. & -tus, *ûs* 368.) Hülff/ gehülff.

adjū-tor (-trix) Helffer (-in.)

Si qvem juvat, (1) alios juvare (2) ipſe qvoq; Deum adjutorem habebit. Adjuva *igitur qvemcunq; potes, qvocunq; fideli* adjutorio.

Jŭvĕn-is, *homo ſucreſcens, qvi jam operas juvare poteſt*: 196. 736. Jung / Jüngling / junggeſell. [*Ergo à* juvando: *ut Slavis Robych, à Robota, labor.*]

-ior (*priſcè: nunc* Junior) Jünger.

-ālis (& -īlis, 701. *ad juvenem pertinens*: Jung. Jünglich/ Jünglings.

-īles mores; Jugend ſitten.

-ilitas, Junger Leute art.

-īliter: nach junger Leute art.

-eſcĕre: 198. Jung werdē/ſich verjüngern.

-āri, *juveniliter agere*: Jungenleuten gleich thun.

-ta, *juvenilis ætas*. Jugend.

-tus (*ūtis f.*) *idem.* 199. 776.

(2) *juvenum collecta multitudo*: Junge Burſch/ junge Mannſchafft.

-cus (*ſed potius dim.* -cŭlus) *valdè juvenis*: ſehr Jung/ Jungichen.

O Juvenes, *ſi fieri vultis ſenes, cuſtodite* juventam *veſtram! nè agite nimis* juveniliter. *Senes* juveneſcere *non poſſunt*: juvenari *ſolent*, juvenilitati *adſveti*; *ó* juniores, *audite ſeniores! ó* juvenculi, *&* juvenculæ, *nolite imitari* juvencos (2) *&* juvencas, *qvibus*

-cŭla, 197. 737. ein Dirne/ ein erwachsenes mägdlein.

(2) *nominaliter* Juvencus, *bos juvenis*: ein junges Rind.

Jŭvenca (*aliàs* Junix, *icis*) 165. ein junge Kuhe.

non est intellectus! ó juventus (2), parce tuo juvenili corpori, nè id prostituas!

Juxta, *nota sitûs rei conjunctæ*, 679. Neben. [*à* Junxi: *nam quæ juxta sunt*, juncta *sunt*.]

(2) *aut proximè sequentis*, Nach/ Nebst.

Juxt-a (& -im *Adv*, 773. 856.) *æquè, pariter*: beneben/ zugleich.

Juxta te *sum*, juxtà *asside*.

L.

Lăb-āre (& -ascĕre, 838.) *ad ruinam inclinare, sensim cadere*. 402. Sencken/ Mehlich Fallen/ Schwancken. [*u. ex H.* Naphal *cadere, corruere*.]

-ĕfacere (& -ĕfactāre, 675. 707.) Sincken machen/ Schwächen/ ZerRütten.

-efactatio. 712. Schwächung.

Lapsāre (*freqv.*) 623. mit stettigen Sincken fortgehen wollen/ Zum fallen wancken/ StetsSincken.

-ābundus, *jamjam cadens*: Sinckend.

colLăbascere, nieder Sincken.

Lāb-i, [*lapsus sum*] *motu lubrico ferri*: Fliessen/ Schleichen. (Fallen.

(2) *cadere*: 925. 979. Gleiten/ Glitschen/

Quidquid in mundo est, est labile, *imò* dilabidum. *Domus vetustate* labefactata labat; *atq; si non restauratur* collabitur, & dilabitur. *Senex præ senio* lapsat, labsabundusq; collabascit. *Plu-*

-ilis, *lapsu facilis:* Hinfällig.

-es (*is, f. dim.* -ĕcŭla) *terræ prolapsio*: 41. Erdfall. (2) eingefallen Loch in die Erde.

(3) *deformitas inde orta, & quævis similis macula*: 789. Fleck / SchandFleck.

Lapſ-io (& -us, *ûs*) der Fall.

alLabi, hinzu-Fliessen / (Fallen oder Schleichē.)

colLāb-i, 402. über Hauffen Fallen.

deLābi, 52. 305: herab Fallen / Gerathen.

diLā-bi, 492. 628. Zerfallen / ZerRinnen / von einander Fallen.

-bĭdus, ZerFällig / (Das leichtlich Zerfelt.)

eLabi, 609. 636. 901. entfallen / entGehen / entWischen.

ilLa-bi, 857. worein Fallen / einFliessen / einSchleichen.

-pſus 821: eingeFallen.

perLabi, DurchFallen / oder Fliessen.

præterLabi, 463. 949. vorüber / (Neben weg) Fliessen / verFliessen. (Fallen.

proLa-bi, 957. Für sich Fallen / Gerathen /

-pſum (*membrum*) 821. verRücket.

reLabi, 199. Zuruck Fallen / wieder hinein Fallen.

Via delabitur *de nubibus*, perlabitur *aerem*, illabitur *in flumina*: qVa allabuntur *urbibus*, *aut illas* prælerlabuntur, & elabuntur *in mare*. *Sed tu famam tuam conserVare stude* à labe; (2) *conscientiam*, *à peccatorum* lapſu: *Deumq; ora, ne te patiatur in malum* prolabi, *aut si surrexeras*, relabi.

Lăbi-um (*pl. labia, orum*) *oris margines*: 858. Lippen. [*à* Lambo.]

-ōſus, *labijs prominentibus*: Groß Lippicht.

Lăbeo (*onis, m*) 289. Groß Lipp / Groß maul / Trollē maul.

Lăbo-r, *cum difficultate conjuncta actio*: 105. 616. Arbeit. [*qvòd vires labascere facit*: *aut à* λιπαρία, *sedulitas, strenuitas.*] (Arbeitsam.

Lăbō-riōsus, (*active & passive*) 617.

-riosè; *cum labore*: mit grosser Arbeit.

-rāre [λιπαρεῖν] 582, 843. Arbeiten / sich beArbeiten.

(2) *morbo fatigari*: in Schmertzen arbeiten / (an etwas) Kranck seyn.

(3) *siti, fame, periculo &c.* (in etwas) Stecken. (Arbeitet

-rātus (*ager*) *labore excultus*: außge-

.)(. ilLābōrātus, ungeArbeitet.

-rātōrium, 814. Distillierstube.

alLābōrāre, *laboriosè conari*: 999. sich beArbeiten / grosse arbeit anwenden.

colLaborare, (*s. a. v.*) mit Arbeiten.

eLabor-are, *labore excolere*: 482. außArbeiten / verArbeiten.

-atus, 498. außgeArbeitet.

ineLaboratus, *sine labore & diligentia factus*: unaußgeArbeitet.

Laboriosu[s] *opifex non reformida[t] laborem, se[d] laborat (1), laboriosè al[...] laborans, *ut* elaboret. S[ed] *tamen*, la[...] borat *morb[o]* (2), *qvarn[...] alios, qvi* collaborent, *ne opus ma[...] neat* inelaboratum.

Labr-um (*dim.* Lăbellum) *vas patulum, in qvo lavaturi consident*: 420. 467. Bad Wanne. [*contr. ex* Lavabrum.]

(2) *in qvo aqua asportatur*; Zuber, *vel asservatur*: Ständer / Biete.

(3) *idem qvod* Labium: 208. 651. Lefftzen. [*& tunc est à* lambo, *q.* lambrum.]

In labro (1) *lavamus*; *in* labro (2) *aquam portamus*; labrosus *mordet sua* labra (3); *fluvius lambit sua* labra (4).

(4) *fluvij ora*: 821. Bort.
[*à similitudine labiorum*.]
-ōlus, *qvi magnis labris est*: Groß Lefftzig.

Labrusc-a, *vitis agrestis*: Wilder Weinstock.
[*qvod labra ladat*.]
-um, *uva agrestis*: 259. Wilder Weintraub.

Läbyrinth-us, *ædificium perplexis parietibus & januis, ut ingressis exitum invenire non liceat*: 408. Irrgang/ Irrsaal/ IrrGarten. [λαβύρινθος: *ex* λάβυρος ἔνθα: antrum ibi.]
-eus, *aliqvid sic perplexum*: Irrgänglisch.

Lac [*ctis*, *n*. *ex* γάλα, γάλακτος] *succus uberum, qvò fœtus nutriuntur*: 345 Milch. (Milch.
Lac secundarium, 346. Die Abgenomene
Lact-eus, *ex lacte*: Milchern.
(2) *colore lacteo*: 264. Weiß wie Milch/ Milchweiß.
-eŏlus *idem*.
-ére, *lac sugere*: 746. (Milch) saugen.
-escĕre, *in lac converti*: Zu Milch werden. (Saugen.
-āre (*infantem*), *lacte nutrire*: 746.
-atio (& -ātus, *ûs*) *lactandi actus*: 748. Saugung: (gebend.
-ārius, *qvod lac præbet*: Milchig/Milch
(2) *qvi lac vendit*; Milch verKauffer.
(3) *vel è lacte cibos facit*: Milch speißmacher.
-aria (*orum*, & -antia, *ium*: *qva* Vulgò

Lac, *est nostrum primum alimentum. Matres enim* (*qvarum omnis cibus* lactescit) lactant *suam prolem, ipsa proles* lactet. *A* lactatu (*postqvam* ablactati *sumus*) *veni-re ad* lactaria (lacticinia) *naturalissimum est, & tutissimum: nec enim* lacteū *nutrimentum facit poda-*

vulgò Lactĭcīnia) *qvicunq; cibi lactarij*: 338. Milchspeise.

abLact-āre , *à lacte depellere* , (*s. a. v.*) võ der Milch entwehnen/ oder abSetzen.

-atio, 748. entWehnung.

colLactāneus (& collacteus) *qvi ijsdem mammis est nutritus*: Mit einerley Mutter milch ernehret / mitSäugling.

Delĭcus (*porcellus*) *ablactatus*: 168. abgeSetzt (schweinlein.)

podagram. Lactaria (1) *igitur bos melior* delico. *Tu a. ama tuos* collactaneos, *si qvos habes.*

Lăcĕr--āre, *molle qvid in frusta vi dissolvere*: 213. Reissen. [*à λακὶς ruptura, scissura, λακίζω, rumpo.*]

deLacerare, *partē decerpere*: abReissen.

diLacerare, *in partes discerpere*: 183. Zer- (Zu-) Reissen/ Zer Fetzen.

Lăcer (& Lăcerus) *scissuris turpatus*: 194. ZerRissen/ ZerFetzt.

semiLăcer: Halb ZerRissen.

Lăcern-a, *vestis attrita, aut vilis, qva vestibus alijs pluviæ tempore superjicitur*: überwurff / überZug / (über ein Kleid.) (Deckt.

-ātus, 428. mit einem Regenmantel über-

Lăcīni-a, *thoracis pars pendula assuta*: 382. Schoß/ Schößlin.

[*qvia à Vestis reliqvo corpore velut abscissa.*]

-āta (*vestis*) *lacinijs ornata*: Schössig.

-ōsus, *in lacinias divisus*: Breit Schössig.

Vestis divisa in lacinias, *est* laciniata; *pampini folium*, laciniosum. Lacernam *esse* laceram *aut* semilaceram, *non convenit; tametsi talis sit, ut* delacerari, & dilacerari, *possit.*

Lăcĕr-e [*lexi, lectum*] *provocare blanditijs*: Locken. [*ex H.* Lakach, *captare.*] *Inusitatū*: *sed composita.*
alLĭcĕre (*freqv.* Allectāre) 560. 654. Hinzu Locken/ verLocken.
alLector, Hinzu Locker.
de-Lectāre, 199, 283. 700, 838. *svavitate afficere*: 336. Zur Lust Locken/ Ergetzen/ erLustigen/ erLustiren/ Gefallen.
-Lectābĭlis, 680. 852. Zur lust Lockend/ erLustirend/ ergetzend.
-Lectātio, 467. (& -lectāmen) erLustigung / ergetzung.
-Lectāmentum, etwas das ergetzet / (belustiget) Kurtzweil.
Dēlĭc-ium (& -ia, & -les: *plur.* -iæ) *res svavitate ad se allicientes*: 321. 500. Frewde / Ergetzligkeit /
(2) Niedligkeit.
(in delicijs habere aliqvid: eine (sonderbare) lust an etwas haben.)
-ātus, *delicijs assvetus*: Wollüstig / Zartlich.
(2) *delicias ferens*: 375. 439. Zartlich / niedlich / Weich.
eLĭc-ĕre [*ui*, *itum*: *fr.* eLectāre] 652. 847. Herauß Locken.
Tr. Herauß Pressen/ herauß Drucken.
Elicere sudorem, 467. Schwitzen machen.
ilLĭcĕre (*freqv.* Illectāre, 620.) *in aliqvid blanditijs trahere*: 358. anLocken/ Herfür Locken.

Multa sunt qva nos ad delectabile *virtutum studium* allicere *debent*: *hic enim est vera* delectatio, delicatissimaq; (2) deliciæ. *Sed* delicatus (1) *mavult seqvi* allectores *illos qvi ad carnis* delicias allectant (prolectant), *ostentando externa* delectamenta.

Tu cave, ne pellacibus *istis* pellaciis *à tramite virtutis* elici *te patiaris*! *Res est plena periculi*, *speciosis* illecta-men-

Ille-ctus (*ûs, m.*) anLockung.
-ctāmentum, (& -cebra, 620. & Illĭcium) *res quæcunq; alliciens:* anLocke/ Lockspeise.
Illex, (*seu* Illix, *ĭcis. g. c.*) *avis alios alliciens:* 360. Lockvogel.
obLect-are, *idem quod Delectare.*
-āmen, 477. (& -āmentum, 466.) Ergetzigkeit/ ergetzung.
-atoria (*ars*) XLVII. Ergetzungs-Kurtzweilig.
pelLĭcēre (perLectare) *in fraudem allicere:* 361. betrieglich Locken.
perLĕcēbra (& pellĕcēbra) *idem quod* Illecēbra.
Pell-ax (*ācis, g. o.*) *in fraudem pelliciens:* (böser) Lockerisch/ beTriegerisch.
-ācia, *pellacis fraus:* beTriegerey.
-ex (*ĭcis, f.*) *quæ pellicit ab uxore maritū,* 625. Kebs weib/ Neben weib. [*assonat* παλλακὴ]
-ĭcātus (*ûs*) *pellicis usus:* Neben (Kebs) weiberey.
proLĭcēre, 379. (& proLectāre) *idem quod* ilLicere.

mentis illici, *& vanis* oblectamentis oblectari.

Qui in pellicatu *vivunt, cum suis* pellicibus *rationem Deo reddent.*

Lăcert-us, (*i,*) *manûs pars, à cubito ad carpum:* 212. Der unter Arm. [*an q.* latus artus? *latitudinem enim habet à bino osse.*]
-ōsus, *lacertis robustus:* 132. Starck Armicht.
-a (*a, f. & -us, i, m.*) *serpentis genus pedatum* (*quòd* lacertos *habeat:*) 132. Eydechs/ Heydechs/ oder Heydex.

Lăceſſ-ĕre, [-i, & vi, itum] *provocare ad irã, vel pugnam*: 751. anReitzen / außfordern.
[*q. lacerando dictis: aut à G.* λακτίζειν.]
-ítus (*injuriâ*) angeReitzt / außgefordert.

Lăchrym-a, [& Lacruma, *ex* δάκρυμα; δ *in* λ *verso*] *humor ex oculis profluens*: 204. Thrän / Zeher.
-ōſus, voll Thränen.
-ābĭlis, Thränwürdig.
-āre (& āri, 179.) Thränen / Zeheren / Zarren.
-ābundus, Thränend / mit Thränen.
colLacrymare, beWainen / beThränen.
ilLacrymare (& -ri) *morti alicujus*: über etwan Wainen.

Vnde istæ lacrymæ? *quid* lacrumaris? *quid* lacrymabundus *exclamas? ad quid tot* lacrymosi *fletus? Tam diuturnum, tamque* lacrumabile *Europa bellū, quem non* collacrumare *faciat? Tu si tantis malis non* illacrymari *potes, ride igitur. Sed*

Lacinia, v. Lacerare.

Lăcōn-ĭcus *ſtilus*, (*qualis Lacedæmonijs in uſu fuit*:) 690. Kurtzsprüchig / Lakonisch.
-iſmus, Kurtze art zu reden.

Lactes (*ium, f.*) *in animali terreſtri ſunt graciliora conglebata inteſtina*: 238. geKröß.
(2) *in piſcibus autem inſigne marium*: 153. Milch / Fischmilch.
Lactārius *piſcis*: Milchern Fisch.

Lacteus & *Lacticinia* v. Lac.

Lactuca, *herba acetarijs apta*: 88. Salat (kraut) / Lattich. [*quod* lacte *ſtillet*.]

Lacuna v. mox Lacus,

Lăc-us (*ûs, m.*-unculus *dim.*) *ſtagnum majus, aquas habens defluas*: 47. 358. außfliessender See.

Piſcoſis lacubus (1) *abundat Fruſ*

[à λάκκος, fossa, fovea.]
(2) vas vinarium amplum & apertum: 373. 420. Bütte.
(3) Quodvis simile receptaculum, ut uvarum calcandarum: Trettschaff/ Kelterkast/ Keltermuld.
(4) apud Fabrū ferrariū: LeschTrog.
-ūna (-uncŭla dim.) ubi aqua stat: 47. 385. Lache/ Pfütze.
(2) fossa etiam sine aqua; scrobiculus: Gruben/ grüblein.
(3) vacuū ubi ubi interstitiū: Lücke.
-ustris, e, 155. See.
-ūnōsus (& -ūnātus) lacunis plenus: voller Lachen/ gruben/ oder Lücken/ Lückicht.
-ūnar (& Lăqvear, 402. 406. & -āre, & -ārium) cœlum camera, tignis & intertigniis constans: Decke/ Bühne.
-ūnāre: Bühnen machen/ verTaffeln.
Lăqveātus: mit Bühnen gedeckt.
-ūnārius, fossor lacunarū: ein Gräber.
(2) faber tignarius: ein Zimmerman.

Prussia: in Lacubus (2 & 3) parantur Vinum & Cervisia: in Lacu (4) exstinguit ferrum faber ferrarius. Lacunas (1) videbis in campo lacunoso: lacunas (3) in sepe: lacunas, (2) in juglandum lacunatis corticibus. Lacunar (laqvear) habes, obambulans in conclavi, super caput paratum à lacunario, (2)

Læ-dere, [si, sum] indebitè tangendo noxam inferre: 641. 653. Letzen/ verLetzen/ beLeidigen. [à δηλέω, idem.]
Læs-us, 288, 307. verLetzt.
-io, 288. 804. verLetzung.
allī-dĕre, alicui, vel ad aliqvid: 404. anStossen/ anPrellen/ anSchmeissen.
-sa na-

Navis læditur, cùm scopulis allidítur: nam forti illisu non manet illæsa, sed allisa; ad minimum sal-

-sa navis scopulis: 412. Verletzt/ Zer-
Scheitert Schiff.
-sus (us) 251. anStossung.
colLī-dĕre, 251. an einander Stossen: Zu-
sammen Klitschen (oder Schmeissen.)
-sio (& -sus, ûs) Das Zusam̃en Klitschē.
eLī-dĕre, lædendo effringere: 73. auß-
Stossen/ außSchlagen/ außSchmeissen.
-sus (a, um) excussus: 262. außgeSchla-
gen/ außgeSchmiessen.
-sio, außStossung.
ilLī-dĕre, alicui, vel in aliqvid: 812. an-
(oder eins) Stossen/ einSchmeissen.
-sus (ûs) anStoß.
ilLæsus: 676. unverletzt.
obLædere: parùm lædere, ein wenig verle-(tzen.

saltem ob-
læditur.

At colliden-
do chaly-
bem silici,
elidimus ig-
nem.

Læt-us, animo simul & vultu gau-
dens: 103. 601. Lustig / Frewdig.
[ab H. Galaz, exultare,]
(2) Res læta, i. e. lætificans, 993. 841.
Frölich/ Lustig.
-ē, (& -anter, 745.) Frewdiglich.
-ĭtia; 990. Lustigkeit/ Frewdigkeit.
-āri, , lætitiâ efferri: 283. 989. Lustig
(oder Frewdig) seyn. (erLustigen.
-ĭfĭcāre; 602. Lustig/oder Frewdig machen/
-ābĭlis, lætitiâ dignum: erLustigend/
Frewdbringend.
-āmen (Poëtis) fimus per agrū spar-
sus: [qvòd lætas faciat segetes] 323.
Ackermist.

Læta (2) res
lætificant
nos, Tu
qvum lætus
(1) es, tibiq;
multa læta-
bilia obve-
niunt, ut ne
tua lætitia
sit noxia,
lætare in
Deo, &
lauda i-
psum læte.
(Lætamen a-
gris debe-
tur)

Læv-is.

Læv-is, *cujus superficies tactui est æqvalis*: 72. 257. Schlecht/Glatt. [λεῖος]

-ĭtas (& -or, *m.*) Glattheit/ Glätte.

-āre (& *sæpiùs* -ĭgāre, 416.) *asperitatem tollere*: Schlichten/ Schlecht machen/Glätten/Glatt machen.

-igabilis, 74. sich Glatten Lassend.

al, (& de,) Lævāre, Sehr Glatt machen.

> Læve est, qvod lævorem *habet*: allævátum, qvod lævitatem lævigando *accepit*.

Lævus [λαιὸς] *L. Sinister*: Linckisch.

Læva, (*i. e. manus*) 332. Die Lincke (Hand.)

Lævors-um (& -ùs) *sinistrorsum*: Zur Lincken.

Lăgănum [λάγανον] *placenta lata & tenuis, in butyro frixa*: 471. Fladen / Plätzlein / Plintzen.

Lăgēna (*dim.* Lăguncula) *vas vinarium, portatile*: 814. Lägel/ Flasche. [λάγηνος]

Laĭcūs [λαικὸς] *L. popularis*, [ἀ λάος *populus*.] *Hinc plebejus Christianus* (*non Clericus*) ein gemeiner Lay.

Lallāre, *loqvi conari, imperfectè loqvi, qvomodo infantes ablactati solent*: 748. Lallen. [ἀ λαλεῖν, *loqvi*.]

Lambĕre [*i, itum, freqv.* -ĭtāre] *liqvorem linguâ exsertâ velociter attractum, in se rapere*: 858. Schlecken/ wie Die Hunde Lecken. [*à sono*: *G.* λάπτειν.]

(2) *succosum aliqvid exsugere*: Natschen/ beNatschen/ oder Naschen.

al Lambere, sanfft beLecken, anLecken.

> *Canis* lambit (1) *aqv.* *felis* delambit *patinā*. *Liguritor* lambit (2) *qvicqvid ipsi benè sapit*, circumlambē *labia*.

deLam-

deLambere, ablecken.
circumLambere, 154. umb und umb lecken.
præLambere, vornher lecken/võ etwas Naschẽ.

Lāment-um, *deploratio cum ejulatu*: 452. Das WeheKlagen.
[*concisum ex* Ejulamentum; *Vel ab* ἰάλεμος, *lamentatio.*]
-āri: 637. WeheKlagen.
-ābĭlis, *lamentatione dignus*: Wehe(Kläglich.

Nemo lamentatur, nisi cui aliqvid lamentabile lamenta exprimit.

Lămia, *spectrum formâ muliebri apparens, infantiumq́ sangvinem sugens*: 582. Die Frawholl/ NachtFraw. (*Pisc.*) [λαμία]
(2) *venefica*: Hexe.

Lāmin-a, *metalli frustum in tabulā diductū*: 417. Blech/ Blatte. [ἔλασμα; *ab* ἐλαύνω, *contundo,*
Lāmella (*dim.*) 72. Blechlein. (*diduco.*]
-āre (*s. a. v.*) 414. Blech Schlagen.
-ārius, 417. Blechschläger/ Klempner.

Lampas (ădis, *f.*) *lichnus pensilis oleo nutritus*: 417. Lampe. [λαμπὰς; *à* λάμπω, *luceo.*]

Lampĕtra, *piscis lambens petras*: 153. Lamprette/ Groß neunAug.

Lān-a, *oviū pili*: 162. Wolle. [λῆνος]
-ātus (& -āris, & -ĭger, & -ĭfer) *lanā habens*: beWollet/Wolltragend.
-ōsus, 166. Wollicht/ Wollenreich.
-eus: 384. Wüllen.
-ĭcium (& -ĭcia) *lanosus grex*: 338. Wolltragendes vieh / Schaffherd.

Lana tondetur de lanatis ovibus copiose, si lanicium lanosum est. Hanc emit lanarius, venditq́ lanis-

-ārius,

-ārius, (ii, m.) 345. Wollen Händler. (2) qui pannos conficit: ein Tuchmacher.

-ificus (& -ifex) Wollenschlager/Wollen weber.

-ificium: Wollenwerck / wollen Arbeit / Wollen weber Handwerck.

Lānúg-o, (inis f.) mollissima lana, lanarum praeludium [λάχνη] 208. Allerley Wollichte Haar / Woll Haar / Milch Haar.

-ĭnōsus: 110. Haarächtig/ Wollächtig.

nificibus, lanificij gnaris, qui inde laneos pannos texunt, Lanæ similis est lanugo, lanuginosis folijs adhaerens.

Lanc-ea, hasta longior, in medio amentata: 898. Speer/ Lantze / Renn-Spieß. [à λόγχη, Venabulum. Item cuspis.]

-eātus: mit einer Lantzen gewapnet. (2) mit der Lantzen durch Stochen.

-eārius, Lantz Träger/ Lantz Knecht.

-eŏla, (dim.) spiculum: 936. Spießleen / Spitze.

Qui lanceam gestat, lanceatus (1) est: quem a. lancearius transfodit, lanceatus (2)

Lancināre, ungvibus, (aut digitis aut rostro) prehensam cutem concerpere: 215. Zwacken / Zwicken / Pfätzen.

Langv-ēre [ui, †: eicere, 79.] viribus deficere: Matt seyn / Schmachten [à λαγγέω, pigror, pigresco. Vide & Pol. Lenivvy, piger.]

-ĭdus: 47. Matt Schmächtig/Schwach.

-or, Mattigkeit/ Schmachtigkeit.

e (& ob- & re-) Langvēre, langvore

Langvor est cùm vires deficiunt: inde langvet corpus & anima. Res qvoqs elangvent cunctando. Tu ergo ne fias langvidus; fac omnia tu vivide.

-gvere confici: 818. abgeMattet seyn/ verSchmachten

Lani-āre, in frusta discerpere: Zer-Hacken/ ZerStücklen/ ZerZerren.
[à Lana dici videtur, qva carminando discerpitur.]
(2) in sp. cùm animal discerpit animal: ZerFleischen.
-ātus (ûs) ZerHackung/ ZerFleischung.
-us (& -o, 362.) pecorum mactator: Fleischer / FleischHacker / FleischHawer.
-ōnius: 357. Fleischerisch / Fleisch- dem Fleischer Zuständig.
-ēna, 362. 779. (& -ārium; 362. & Lānigna taberna) lanij officina, ubi carnes fiunt: Schlachthauß/ KuttelHoff/ Schlachtbanck.
-sta (a, m.) gladiatorum magister, qvi eos ad mutuam lanienam instruit: 847. Fechtermeister.
di Laniare, 146. idem qvod Laniare.

Laniare (1) in luctu, capillos, & amictum, olim mos erat: Bestiæ laniant (2) alias animantes, crudeli laniatu. Lanius mactat in laniena pecudes, carnesqve vendit in lanigna taberna. super mensa lanionia, Lanista docet gladiatores, qvomodo se dilanient.

Lanicium & Lanugo v. Lana.

Lanx (cis, f.) patina lata, & minùs profunda, 855. Breite Schüssel.
(2) libra patella, 533. Wage Schüssel / Wage Schaal. unde Bilanx, libra duas habens lances: 535. Zwey Schüsslichte Wage / SchaalWage.
Lancŭla (& Langŭla) parva bilanx: 533. Klein (Gold) Wägelein.

Lăp-is (ĭdis; dim. illus, 71. 75) Stein. [λᾶας]

Vt è lapide lapideæ ædes

Lapis fissilis: SchifferStein.
-lydius: ProbierStein.
-molaris; MühlStein.
-Parius: Weisser MarmelStein.
[qvia ex Paro insula.]
-scissilis, 72. *idem qvod* Lapis fis-
-operarius, ein Werckstück. (silis.
-bibulus, Bims Stein, Reibe Stein.
-ideus, 445. 941. Steinern.
-idosus, 77. Steinicht.
-idarius, 399. SteinBrecher/Steinhawer.
-icida, *qvi lapides cadit*: 399. Stein-
metz / Steinhawer.
-icidina, *lapidum fodina*: 399. Stein-
grub/ (oder SteinBruch.)
-idescere, 78. zuStein werden / Stein-
hart werden.
-idare, *lapidibus necare*: Steinigen.
eLapidare, *lapidibus purgare*: 323. von
Steinen saubern.
diLapidā-re, *lapides è cumulo disjicere*:
Stein ZerWerffen.
(2) *Tr. collecta bona disperdere*:
verSchlendern/ verSchwenden.
-tio: verSchwendung.

des exstruantur, eruuntur hi è lapicidinis *à* lapidario, *& adaptantur varie à* lapicida.

Lapidosus *ager, ne solum* lapidescat, elapidatur. *At qvi patrimonium* dilapidat (2) lapidari *meretur.* (*Deut.* XXI. 20, 21.)

Lapp-onia, Lappland.
-ones, 560. Lappen/ Lappländer.

Laqvear v. Lacus.

Laqveus, *funis ad capiendum feras & aves tensus*: 560. Strick. Fallstrick.
[*ab H.* Lakach *capere.*]

Qvi laqveo *capitur, il*- laqveat*us est*, *Arbor & vi*-

ilLa-

iLăqveā-re, *laqveo irretire*: 160. be-Stricken/ verStricken.
-tus: beStrickt.
abLaqvea-re, *laqveis liberare*: entStricken.
(2) *in sp. arboris radices à suffocatione*: 325. Den Beumen lufft machen mit umbgraben/ Reumen.
-tio, solches umbGraben/ DasReumen.

Vitis ablaqveantur, (2) *ut à periculo suffocationis tuta sint.*

Lar (*ăris, m.*) *gentilibus erant genij domestici, custodes domûs*: 982. Haußgötzen.
Lărārium, *sacrarium domesticum, in qvo lares colebantur*: Haußgötzen Capell.
Larv-a, *lar spectandum se exhibens*: 982. Gespenst.
(2) *Dehinc facies ficta, ad repræsentandam alienam personam vultui imposita*: Larwe / Mummerantze/ Popantz.
-ātus, *personatus*: 819. verLarwet / verMummet.

Lares *colebantur in* larario: larvæ (1) *Vagantur noctu*; larvis (2) *utuntur in scena, ut* larvati *alienam personam repræsentent.*

Lardum (& Lăridum) *caro suilla pingvis, salita*: 260. Speck. [*à* λαρινὸν, *pingve.*]
Lardo trajectare, 365. Spicken.

Larg-us, *dives, abundans*, Reich. [*à* λαῦρος, *copiosus.*]
(2) *abundè dans*: Reichlich spendierend/ Mild.
-è, (& -ĭter, 669.) 591. Reichlich / Mildiglich
-ĭtas, *dandi promtitudo*: Reichlichkeit. Mildigkeit.
-īri,

Largus (1) *opum sit* largus (2) *manu, ad* largiendum *pauperibus.*
Largiter e-largiri *eò tantum,*

-īri, promtè ac liberaliter dare: 666. Reichlich geben / Mildiglich ertheilen / mit Theilen / beSchenken.

-ītio, liberalis donatio: 850. Mildes geschenck / oder außtheilen.

diLargiri, (& -e,) (Reichlich) außSpenden; Hin und wieder verSchencken.

ium, ut Videaris, Vana largitas est: etiam noxia, si largitionibus corrumpere qVaras judices, Vel alios.

Lărix (icis, f.) arbor abieti cognata, odorifera, nullam sentiens cariem: 112. ein Lerchenbaum.

Lārus [λάρος] L. Gavia.

Larva v. Lar.

Larynx (ngis, m. Guttur) caput & ostium tracheæ: 250. Lufft rohr loch. [λάρυγξ, guttur.]

Lascīv-us, inquietè agilis, petulans: Geil. [λάσκειν. incessere aliqVem.]

-ia, 621. Geilheit.

-īre, 625. Geilen / Geilheit treiben.

Lass-us, labore fatigatus: 619. Laß / Müd. [Vtrumq; à λείπω, λείψω. deficio.]

-ĭtūdo, molestia ex labore: Müdigkeit.

-āre (& deLassare) erMüden / überMüden

-ātus (& de-) erMüdet / (überMühet.)

-escĕre (& eLassescĕre) Müd werden / Lässig werden.

Lassus est, qVem labores lassārunt. Fit autem ut semel, delassatus, facillimè rursùm lassescat, & lassitudinem sentiat.

Lăter (ĕris, dim. -cŭlus) lapis coctus: 265. 399. Ziegel. [qVòd qVatuor latera habet.]

Lateres, è qVibus lateritia adsificia fiunt, co-

Lătĕ-

Lătĕr-ĭcius, *ex lateribus factus*: Ziegel, auß Ziegeln gemacht.
-ārius, *laterum opifex*: Ziegelstreicher/ Ziegelbrenner.
-āria, (*f*) *laterum coqvendorum officina*: ZiegelSchein/ Brenn offen.

coqvuntur à laterario, in lateraria.

Lăt-ēre (*fr.* itāre, 591.) *in occulto esse*: 74. 411. Sich Bergen/ verBorgen seyn. [λήθειν, *D.* λάθειν, *idem.*]
-escĕre, 180. *idem.*
-enter, *occultè*: 310. verBorgenlich/ Heim(lich.
-ĭtātio, Das verBergen.
Lătébr-a, 361. (& Lătĭbŭlum, 360.) *locus latitandi*: Heimlicher Winckel/ Schlüpffloch: unterschleiff.
-ōsus: 164. Schlupfflöcherig/ verborgen.
-ĭcŏla: Der gerne inne sitzt.
Lātern-a, *lucernæ receptaculum*: 441. Latern.
-ārius, *qvi alteri laternam præfert*: LaternTräger/ Heim Leuchter. (cher.
(2) *laternarū opifex*: 411. Laternma(cher.
deLĭtē-re (& -scĕre, 143) *cautè latere*: sich heimlich halten/ verBorgen ligen.
obLitescere, *ad latendum abscondi*: sich verBergen/ oder verStecken.

Qvi latere *cupit, qværit* latibulum *in ali*qvo latebroso *loco ubi* latenter *degat. Peccator autem ubi qværet* latebram, *in qva* oblitescat, *ac* delitescat?

Laternarius (1) *noctu præfert domino suo* laternam.

Lātex, (*ĭcis*, *m. f.*) *omnis liqvor*: Alles was flüssig ist. [*à* λάταξ, *stillicidium.*]
(2) *in sp. Lucretio, scatebra*: 44. Wasserqwell/ WasserAder. [*& sic deducunt à* Latendo.]

Lăti-um, *regio Italiæ*: Latiner Land. (nisch.
Lătī-nus (*a, um*) 12. Lateinisch.
-nus (*i, m.*) ein Lateiner.
-nè, Lateinisch.
-nĭtas, Das Latein.

Latina *lingva, in* Latio (*perangusto Italiæ angulo*) *nata, diffudit se per Orbem. Vbi enim non invenies* Latinum, *qvocum* Latinè *loqui possis? Disce igitur* Latinitatem *lubens: sed puram.*

Lātŏm-us, 399. (λάτομος) *L. Lapicida* v. Lapis.

Lator v. Ferre.

Latrā-re, *caninâ voce iram effundere*: 171. Bellen. [ὑλακτέω]
-tus (*ûs*) 171. Das Bellē/das Gebell.
al Latrāre *aliqvem*, anBellen.
e Latrare (*arcana impetuosè proferre*) Herauß Bellen.
ob Latrare, *iracundè obloqvi*: wieder Bellen.

Canis latrat *naturali* latratu: *sed malitiosus homo bonos* allatrat (2), *loqventibus* oblatrat, *irâq; percitus, arcana* elatrat, *malâ consvetudine.*

Latrina v. Lavare.

Latr-o (*ōnis, m.*) *olim miles mercenarius, stipator*: Hartschierer. [ἀ λατρεύω, *servio.*]
(2) *Nunc prædo, viarū publicarū obsessor*: 433. 836. Strassen Rauber. [*qvia plerunq; post confectum bellum, & dimissos exercitus, prædis adsveti continuant.*] (nen.
-ōcĭnāri, *olim militare*: (im Krieg) Die-
(*dicit enim Plautus*: Latrocinatus años decem mercedē accipio.)
(2) *nunc prædas agere*: Rauben und Stehlen.
-ōcĭnium, *militia*: *nunc prædonū vita*: 791. Das Strassen Rauben.

-eratum libum, 471. Pfeffer Kuchen. (Pfifferling.
-eritis, *fungus lactei sed amarulenti succi*: 82.

Pīp-ire, *vocem pullorum* pi pi, *sonare*: 136. Pipen/ Bitzen. [πιππίζω]
-io, (*ōnis, m.*) *pullus avis* [πίππος] 136. junges Pipichen/ ein Pipetlin.
(2) *in sp. pullus columbinus*: Junges Täublein.
-āre, *sonare ut gallina pullos ductitans*: Glucken/ Gluckzen.

Pipio (2) pipit: *Gallina suos* pipiones *ductitans*, pipat: *Passer* pipilat: *nos ipsi* pipulo *differimus eos qui laeserunt nos*.

-ĭlāre, (& -ŭlāre,) *passeris est* : Zwircken.
-ŭlum, *querulantis vox* : Kläglich winseln und Girren. (Zetter schreyē.
-ulo *differre* : über einen kläglich schreyen/

Pīra-ta, (*æ, m.*) *prædo marinus* : 433. Meer-oder See-Rauber. [*G.* πειρατὴς, *ab H.* paritz, *latro, prædo.*]
-ticus, Meer Rauberisch.
-ticam *facere* : Meer Rauberey treiben/ auff der See Rauben.
ArchiPīrāta, Ertz MeerRauber.

Piratæ, *conducti ab* archipirata, *faciunt* piraticam piraticis *navibus*,

Pir-us, (*i, f.*) *arbor fructifera* : BirnBaum. [*ab H.* Peri, *fructus.*]
-um, 114. ein Birn.
-āceum, BirnMost/ Birntranck.

Pisc-is, (-ĭcŭlus, *dim.*) 152. Fisch/ Fischlein, [*Vel ex* ἰχθὺς, *præfixo* π: *Vel à* πίσκω, *bibo* : *bibunt enim perpetuò.*]
-es, *Signum cœleste* : 544. Fische.
-inus (*a, um*) von Fischen/Fischen-Fisch-
-ōsus (& -ŭlentus) Fischreich.
-īna : (*scil: palus, arte facta*) 149. Fischhalter/ FischTeich.
-īnalis (& -inensis, & -īnārius,) 155. 349. Teich- FischTeich-
-āri, *pisces capere* : 359. Fischen.
-ātor, 358. Fischer.
-ātōrius, 357. Fischerisch/ Fischer-
-atus, (*ûs*, & -atio) 448. Fischerey / Fischfang/ das Fischen.

Piscinas *carnes habemus* ex piscibus : *hos autem* expiscantur (1) & *postea in* piscosis (pisculentis) *amnibus* & piscinis piscantur Piscatores, piscatoriis *retibus* : *Vendū autem in* piscaria (piscario *foro*) Piscarij. *Tu mementò*,

-arius

-arius, *piscium venditor*, Fischhändler
-ãria, (forum piscarium :) 778. Fischmarck/ Fischbäncke.
exPiscãri, *ubi pisces lateant exquirere*: Fische außforschen.
(2) *in genere* : AußForschen.

tibi expiscan das (2) *esse artes bonas*.

Pistillum, *Pistor* & *Pistrinum* V. Pinsere.

Pĩlum, 93. Erbsen. [πίσον] *Pisus*, P. Vinsere.

Pitissãre, *identidem gustando bibere* : 135. Trincklen/ Sürpffeln. [q. bibitisso : *vel ex* πιπίσκω.]

Pituĩt-a, *humor albus & crudus in corpore*: 232. Schleumichte feuchtigkeit. (2) Schleumig geblüt. [*ana* πιότης, *pinguedo* ?]
(3) *gallinarum morbus* : Pips/ oder Zipff/ pfipffs.
-ōsus, *pituitâ plenus* : Schleumicht/ Rotzig.

Pityna, *vas uvis portandis aptum* ; 373. eine Butte. [πυτίνη]

Pi-us, *mitis*, *placidus*. *benignus* : 568. Fromm. [ἤπιος, *idem*]
(2) *Deum colens* : 960. Gottselig.
-ientissimus, 572. der Gottseligste.
-ẽtas, 719. Frömmigkeit/ Gottseligkeit.
-ãre, *aliquid minùs piè factum sacrificio exsolvere*: Büssē/Fegē/Sühnē
-ãcŭlum, *sacrificium quô peccatum expiatur* : 944. Büsse (oder ver-Sühn-) Opffer/ SühnOpffer.
(2) *crimen piatione dignum* : 936. Schwere Sünde.

Pius *colit* pietatem: *atq; si committit* piaculum (2) *justo* piaculo (1) *id* expiat ; *nem pe* placulari *pœnitentiâ citra quam peccata sunt* inexpiabilia. *Sed* impius impietate *suâ magis magisq; se* impiat.

-ăcŭlāris (*victima*) zum verSühn-Opffer gehörig

exPiā-re, 936. verSühnē/außSühnē/außBüssē.

-bĭlis, *expiatu possibilis*: verSühnlich/ außSühnlich.

-torium (*sacrificium*) verSühnOpffer.

inexPiabilis, unverSühnlich.

imPi-us, 982. unGottselig/ Gottloß.

-è, 910. Gottloß.

-ĕtas, 567. Gottlosigkeit.

-āre se (*erga Deum, vel homines, Plaut.*) sich verSündigen.

Pix (*icis, f.*) *resina igne colliquata*: 118. Pech. [πίσσα]

Pĭc-eus, *de pice*, pichen. (2) *colore picis*, PechSchwartz.

-āria, *picis eliquandæ officina*: Pech-Hütte/ PechOffen.

-āre (& im- & op- Picare) *pice illinire*: verPichen. (Picht.

-ātus (& -eātus) *pice illitus*. 193. ge-

Dum pix in picaria eliquatur, aut dum picantur vasa, exhalat piceam (2) *caliginem, faciteq; piceatas manus.*

Placare V. Placere.

Plăcent-a, *libum farinaceum*: 471. Kuchen. [πλακοῦς, ἄρτος, *placenta*: πλακούντιον, *placentula*.]

-ārius, *placentarum pistor*: Kuchen-Becker/ Küchler.

Plăc-ēre, *gratum esse*: 281. beHagen/ Gefallen/ Gefällig seyn. [ἀπλάζω, *accedo, appropinquo, nempe cordi.*]

-et, (*impers.*) 566. 441. es beHaget/ es Gefället. -ĭtus

Perplacent cuiq; placita sua, displicent aliena: sed uti

-itus (*a, um*) *quod placuit*: 978. beHäglich/ Gefellig.

-itum, *quod decernere placuit, decretum*: 368. ein Gefälliger Schluß/ Beliebung/das Belieben.

ComPlăcēre, wol beHagen/ wol Gefallen.

DisPlĭc-ēre, 764. Mißfallen/ übel Gefallen.

-entia, (*Seneca*) ein Mißfallen.

PerPlăcēre, sehr wol Gefallen.

Plăcĭd-us, 670. Gefällig/beHäglich/Glimpfflich

-è, 647. beHäglich/ Glimpfflich.

-ĭtas, 719. beHägligkeit/ Glimpff.

imPlacidus, unbeHäglich/ unGlimpfflich.

Plācā re, *ex irato benevolum facere*: 927. 938. beHäglich machen/verSühnē.

-tus, verSühnet.

-bĭlis, *placatu facilis*: verSühnlich/

.)(imPlacabilis, 948. unverSühnlich

-bĭlĭtas, verSühnligkeit. (mittel.

-men (& -mentum) verSühnungs

Beneplacitum, 986. das Wolgefallen.

Plăg-a, *ictus & percussio*: 293. Schlag/ Streich. [πλήγη: à πλήσσω, *percutio*.]

-ōsus, *activè*: 504. Schlaghafft/ Streichhafft. (che.

(2) *passivè*: voller Schläge (oder Strei-

Plăg-a, *cæli vel terræ latus certum*: 450. 557. Seite/ Gegend. [*G*. πλάγια, *latera*.]

nam complaceat *omnibus, Velle* placere *Deo!* Placidus *animus agit* placidè, *suáq;* placiditate *alios, etiam irritatos, facilè* placat, *si* placabiles *sunt. Sed* implacidus, *qui nullo* placamine *ad* placabilitatem *permovetur, ut se* placatum *ostendat; Videat, annō* implacabilē *quoq;* *Deū experturus sit.*

Multas plagas plagosasq; (2) *nates, habebit, cui* plagosus (1) *contigerit præceptor.*

Plagas (1) *cæli scrutatur Astronom9:* plagas (2) *tēdit Venato*

(2) *re-*

(2) *rete rarum* (*t. pl.*) 361. Groß Jäger Garn.

-ŭla, [*q. d.* parva plaga] *chartæ folium totum*: 488. Bogen Papier.

(2) *vitta reticulata* geStrickteHaube.

(3) *velum lecti reti simile*: geStrickter Vorhang.

In plagulas (1) *dividitur scapus chartæ*: plagulam (2) *gestat mulier*; plagulâq; (3) *circumdat lecto*.

Plăgi-um, *homines furto abripiendi, & in servitutem vendendi, scelus*: Menschen entführung. [*à* πλάγιος, *obliquus, dolosus*: *vel quia olim condemnabantur ad* plagas.]

-ārius, *hominum fur*: 836. Menschen Dieb.

Plagula V. Plaga.

Planc-æ, (*arum*) *tabulæ planæ*: Dielen/ Breter/ Schwarten, [πλὰξ]

(2) *sepes è tabulis facta*: 322. eine Plancke.

-us *pedibus planis & gracilibus*: Breitfuß. [πλάγχος]

Plănet-a, (*æ, m.*) *stella errans*: 26. Irrstern/ Planet. [πλανήτης *à* πλανάομαι. *erro.*]

-arius, (*cursus*) 464. Planeten (lauff.)

Plan-gĕre, *pectori plagas incutiendo lamentari*: (mit Brust oder Hüffte schlagen/ Haar rauffen/ oder Händen winden) Heulen und Weinen.

-gor (& Planctus *ûs*,) 949. geHeul und Weinen.

dePlangere, beWeinen und beHeulen.

Plangunt *miserabili* plangore, *quos consanguineorum suorum tragicum obitum* deplangunt.

Planities V. Planus.

Plant-a, *pedis pars inferior sub talis*, *quæ ut insistere fixè liceret, plana facta est*, *& à* planitie *nomen habet.*] 214. Fußbret.

Tu insistitus plantis Planta (4), *fuis radici*

hinc Planta convexa: 214. der Reven.

(4) *stirps radicibus terræ defixa*: 80. Erdgewächs/ Pflantzen.

(5) *surculus defractus, ad transplantandum*: Setzling.

(2) *ursi, simiæ &c. (corruptè* branca) Tatz/ Tatsch/ Bratze.

Deriv. & Compos. à 1. Signif.

-āris pluma (*colūba*) Fußfeder/Latsch.

supPlantare, *pedem alterius pedi supponere, ut cadat*: 846. Fuß unterschlagē.

(2) *Tr. defraudare*: beRücken.

Deriv. & Compos. à 2. Signif.

Plant-ārius, *ad plantā pertinens*: Pflantz-

-arium, 324. PflantzGärtlein/BaūSchul.

-āre, *plantas terræ inserere*: 324. 370. Pflantzen/ Pfropffen// Setzen.

-ator, Pfropffer/ Pflantzer.

dePlantare (*ramū*) abPflantzen/abReissen.

exPlantare, *plantam evellere*: außPfropffen/ außReissen.

supPlantare, unterPflantzen.

transPlantare, 88. umbPflantzen/verSetzen

Plantágo (*inis, f.*) *herba in vijs proveniens*: 97. Wegerich/ Wegebreit.

bus: plantæ (2) *habet ursus*; plantares *pennas columbus plumipes*. *Luctatores se* supplantāt (1): *mercatorum item* supplantationes (2) *notæ sunt*. Plantator plā(n)tat *in* plantario; plantas (3) plantarijsq; *arbusculas inde* explantatas transplantat *in hortum, nè pecora* de plantent *ramos*; *aliqūdo &* supplātat *arboribus Vites*,

Plán-us, *superficie æqualis, in quo nihil eminet*: 480. Flach / Eben / Schlecht.

Planus (1) *campus habet* planiciē:

Schlecht. [an à πλατύνω, dilato? extrito ζ.]

(2) Tr. clarus: Deutlich/ Verständlich.

-um (& -ities, & -itudo) 55. Fläche/ Ebene (Ebenfeld.) (und Recht, de simplici & plano, 261. Schlecht

-ŭla, fabri machinula, quâ asseres complanat: 421. Schlicht Hobel.

-è, clarè & apertè: Schlecht/ Deutlich/ Durchauß.

-ĭpes, pedes planos habens: Flachfüssig.

-āre, planum facere: Flach machen/ Schlichten.

& usitatiùs compositè. [957.

com-(de-& ex-)Planare, idē. 391.488.421.

exPlānā-re, (2) declarare: 714. Deutlich machen/ erKlären.

Faber complanat asseres planulâ: at sermo planus, (2) explanat (2) mentem loqventis planè.

Plastes, (æ, m. πλάστης.) 479. fictor, [à πλάσσω, fingo, firmo.]

Protóplastus, primùm fictus: 924. Anfangs erschaffener (Mensch.)

Plătănus, arbor latifolia: 111. Maßholder. [πλάτανος: à πλάτος, latitudo.]

Plătéa, (p. d.) vicus in urbe latior: 773. Breite gasse/ Strasse. [πλατεῖα, à πλατὺς, latus.]

Plau-dĕre, (antiqvè Plōdĕre) palmam palmæ illidendo exsultare: 283. (mit Händen) Klappen/ oder Kletschen/ Frolocken. [à πλάτη, palma, latum qvid, & ictus: hinc πλατάσσω, percutio.]

-sus (ûs) Frolockung/ das Frolocken.

-sibilis.

Plaudere manibus, ob res plausibiles, excitat applausum; ui alÿ qvoqve manus con plodendo, a

-sibilis, *plausu dignus*: 840. Frolo-ckens werth/ Gefällig.
-sor, ein Frolocker.

apPlau-dĕre, *alicui*, 840. sich über etwas frölich erzeigen; Bey Fallen (mit Frolocken.)
-sus (*ûs*) Frolockung/Beyfall.

comPlō-dĕre, *adversas manus invicem collidere*: zusamen Kletschen/oder Schla-(gen.
-sio, 693. zusamen Schlagung.

disPlō-dĕre, *manibus compressum aliquid rumpere*: zer Kletschen/zer Qwetschē. (2) *ejaculari*: 897. loß schiessen,
-sa (*vesica*) zer Kletschet.

exPlōdĕre, *plausu pedum manuumq; ejicere*: auß Kletschen/ auß Rauschen/ mit handklopffen abTreiben.

supPlōdĕre, *pedibus terræ illisis sonitum facere*: Rauschen/Strampeln (mit Füssen.)

plaudant. *Sed qvibus res displicet* supplodunt *pedem, istorumq;* plausum explodunt, & displodunt (1).

Plaustr-um (& Plostrum) *currus onerarius*: 439. Last Wagen/ Fuhr Wagen. [*ex G*, πληρῶσαι, *implere*.]
-ārius, *qui plaustrum regit*: Wagner/ Fuhrman.

Plēb-s (*is, f.*) *ignobilior populi pars*: 760. der gemeine Mann/ Päfel. [*contr. ex* populus: *vel* ἀπλῆθος. *multitudo*.]
-ēcŭla, 841. das gemeine Völckel.
-ējus, *vulgaris*: Pöbelisch/einfeltig gemein.
-ĭcōla, *qui plebi servit, aut favet*: Pöbel hoffirend.
-iscitum, *plebis decretum* (*v.* Scire) 174. der gemein schluß.

Plebs *utitur* plebejo *sermone*: plebicola *defendit* plebiscita

Ple-

Pleċt-ĕre, *flectendo colligare*: Flech-ten. [ἀ πλέκω, necto.]

(2) *ferire, supplicio afficere*, 836. 911. Straffen/am leben Straffen. [ἀ πλήττω, percutio.] *Hinc*

(3) *fides pulsare*: Spielen die Seyten Rühren.

Pleċtrum 475. [πλῆκτρον] *omne id cujus allisu instrumenta musica resonant*: Bogen.

(1) *in Fidibus*; Fiedel Bogen.

(2) *in Barbito*; Hacke bretlein.

(3) *in Instrumento Musico*; die Töcklin (oder Tangenten)

(4) *in Instrumento pneumatico*; die Claviren selbsten.

-ĭlis (*corona*) Flechtig/das sich Flechte lässt

Plexus, 322. 381. geFlochten.

amPle-ċti *aliquid* (*amore*): umbFlech-ten/ umbFahen.

-xus (*ûs*) umbFahung/ Halsung:

-xāri, *amplexibus fovere*: 746. mit den Armen umbFahen/ Halsen/ Hertzen.

circumPle-ċti, *idem quod* Ampleċti.

comPle-ċti, *comprehendere*: 92. 707. umbFassen/ beGreiffen.

-xio, *comprehensio*: zusammen Fassung.

(2) *corporis constitutio*: Natürliche Leibsverfassung/ Complexion.

imPlexus, *intra alia plexus*: eingeFlochten.

perPle-xus, *per alia plexus*: 592. durcheinander geFlochten. (1) *Tr.*

Pleċtimus (1) *coronam* pleċtilĕ, plexāq; *cum* implexis *ei*, *vari*[*is*]*q;* perplexi[*s*] *aliis ornamentis* (1) *imponimu*[*s*] *capiti*. Pleċtimus (2) *flagris*, *au*[*t*] *gladio*, *ma*[*l*]*eficum*, Pleċtro (1) *cani*[*mus*] *fidibus* &c. *Quem am*[*o*]*re* compleċ[*ti*]mur, *eum* (*in signu*[*m*] *amoris*) *m*[*a*]*nibus* ampleċtimur, C[*um*] *suavi* amp[*le*]xu amplexa[*ri*]mur. Com[*-*]plexio (1) *a*[*r*]*gumentor*[*um*] *apud Log*[*i*]*cum est*: c[*om*]plexio (2) *corporis*, *n*[*atu*]*re*. *Qui* p[*er*]plexo (2) *s*[*er*]*mone*, perp[*le*]xabilibusq[*;*] *Verbis* perplexè *loqui*[-]*tur*, perpl[*e*]xatur.

(2) *Tr. confusus*: 408. verWorren/ verWirret.

-xari, *perplexè agere, loqui*: 830. sich (oder etwas) verWirren.

-xābĭlis, verWirrlich.

Plejades 544. *idem quod* Virgiliæ.

Plegma, *crines in tres radios divisi, & invicem implexi*: Zopff.

Plēn-us, *rebus quas continet refertus*: 20. 25. Voll / vollständig.

[*G.* πλέος, *idem.*]

-è, Völlig.

-ĭtūdo, 672. völligkeit/ Fülle / vollständig- (keit.

semiPlenus, halb voll.

Composita ab inusit. Plere.

comPlē-re, *plenum facere*, 350. anFüllen/ Voll machen.

-mentum (& exPlēmentum) 998. erFüllung/ Voll machung.

dePlere, *plenum diminuere*: das volle abGiessen/ abThun.

exPlere, 43. aufFüllen.

inexPlēbĭlis, 618. unerFüllig.

imPlere (& adimPlere) 637. 950. erFüllen.

opPlere, 905. überFüllen/ gantz Voll machen.

rePle-re, 559. widerFüllen/ verFüllen.

-tio, 803. verFüllung/ erFüllung.

supPle-re, *defectum explere*: (die Lücken) aufFüllen/ erStatten/ erSetzen.

-mentum,

Vas, quod semiplenum *est, efficies* plenum, *si ad* impleas. *Si quid deperit*, reple; *no-vissimè* supplementis supple: *si nimium* opplevisti, *ut non capiat*, deple*ta sibi* plenitudo plenè *constabit.* *Avari animus* inexplebilis *est, nullis* complementis compleri, *vel* expleri, *potest.*

-mentum, aufFüllung/ zuSatz.

Plerique & *Plerunque* V. Plus.

Pleuritis, *lateralis morbus*: 311. Seiten Stechen/ Seiten wehe. [πλευρῖτις: *ex* πλευρὰ, *latus.*]

-plex *V. mox ſub Plica.*

Plĭc-a, *in re molli partis ſupra partem poſitio.* eine Falte/ Geren (am Rock.) [ἀ πλέκω, *necto.*]

-āre; 497. Falten / zuſammen Falten.

-ātĭlis, Faltlich/ das ſich Falten läſſet.

-ātūra, Faltung/ Falten.

Compoſita à Plicare.

apPlĭc-āre, *adjungere*: 527. anFalten / (anfügen.

-atio, 508. zuFügung.

circumPlicare, 376/ umbFalten/ umbWickeln

comPlĭc-āre, 389. zuſammen Falten (oder legen/) zuſammen Wickeln.

-es (*g. m.*) *complicati facinore aliquo*: 835. Koppeltheilhaber / Bubengenoſſen/ Anhang.

-atio, 693. zuſammen Faltung.

disPlicare, *plicatum diſſolvere*: aufFalten/ aufFlechten/ von einander Wickeln.

exPlĭc-are, *ex plicis evolvere*: aufFalten/ aufWickeln.

(2) *Tr. declarare*: 501. 692. auflegen/ Erklären.

-ātus (& -itus) *evolutus, explanatus*: aufgelegt; aufgeWickelt (2) erklärt.

-atio,

Plicas *facit ſartor, cum* plicatilem *veſtimenti materiam convenienti* plicaturâ plicat, *ut veſtis* cō plicari, *rurſumque* diſplicari & replicari, *poſſit.* *Hedera* applicat *ſe arbori, eamque non tantū* circumplicat *undique, ſed* implicat *ſe corticibus ejus, ut vix* explicari *queat.*

Complices *facinoris* implicant *ſe iisdem pœn*[...] *Qui* ſupplex *Deo* ſuppl[...]cat, explic[...] (1) explicat (2) *precib*[...] *deſideria*[...]

-atio, 678. außlegung/erklärung.

implĭc-āre (& -ĭtāre) 560. einFalten / ein Wickeln/ verWickeln.

-ātus (& -ĭtus) verWickelt.

interPlicare, 459. durchflechten.

rePlic-are, *implicatum resolvere*: wieder aufFalten / oder aufWickeln. (2) wieder Holen.

-atio, 464 wieder auf Faltung. (2) wieder holung.

supPl-ĭcāre, *sub pedes alicui se plicare*, *i. e. humiliter submittere* 664. mit gefaltenen knien (demütiglich) bitten Flehten.

-ex, (*ĭcis, g.. o.*) zu fuß fallend (unterthänglich) Bittend.

-ĭcātio, 959. unterthänige Bitte / gemein Gebet.

-ĭcium, *idem.* (2) *mors quæ flexis genibus suscipitur*, *ut Decollatio*: & *in gen. Capitis pœna*: 834. Leib- (oder lebens-) Straffe.

-icamentum, 944. Schuld opffer.

a, condenationem supplicij (2) *petens*: *aut etiam requirat publicū* supplicium (*seu* supplicationem (1)) *voveatq́; gratam deincepi* supplicationem (2)

Comqosita à Plica, in Plex.

QuotuPlex; [*q. quot plicarum*: Wie viel faltig?

SimPl-ex, [*q. sine plica*] 84. Einfaltig/ Einfach/Schlecht.

-ĭcĭtas, *simplex unitas*: Einfalt/Einfältigkeit.

-ĭcĭter

Quotuplicia *sunt rerum genera*? Multiplicia: *possuntque multiplicari novis compositurie* multipliciter.

QVod

-ĭcĭter, *simplici modo*: 810. Einfältig-
lich/ Schlecht/ Schlecht hin.
SesqviPlex, *sesqvialter*: Anderthalb faltig.
DuPl-ex, 533. Zweyfaltig.
-ĭcāre 587. (ad & 637. con-Dupli-
care) Zweyfaltigen/duppeln. (pelung.
-icatio. (& *JCtis-ica*, *s. a. v.*) dop-
-ĭcĭter, Zweyfaltiglich.
-ĭcārij (& -iciārij) *milites, qvi duplici armaturâ & stipendio merent*: duppel Söldner.
conDuplicatio, 688. dupplung/widerholung/
Zweyfaltigung.
TriPl-ex, 26. dreyfaltig. (len.
-ĭcāre, dreyfältigen/ zum dritten wiederho-
-ica, *JCtis*, 832. dritte widerholung.
QuadruPl-ex, Vierfaltig. (derholen.
-ĭcāre, 832. Vierfaltigen/zum vierdten wie-
-ica, 832. Vierfaltigung. (tig.
QuincuPlex (& Quintuplex) Fünffal-
QuinqvePlicare, fünfffaltig machen.
SextuPlex, Sechsfaltig.
SeptemPlex, Siebenfaltig.
Octuplex Achtfaltig.
NovemPlex (*Poëtis-Musa* novemplex) Neunfaltig.
DecemPlex (& DecuPlex) Zehenfaltig.
CentuPlex, hundertfaltig.
MillecuPlex, Tausendtfaltig.
MultiPl-ex, 84. Vielfaltig.
-ĭcĭter, *multis modis*, Vielfaltiglich.

Quod simplex est, commendat se suâ simplicitate: duplicia *tamen*, & duplicata; triplica & triplicata &c. *plerumq; plus possunt &c.*

-icāre,

Plodere v. Plaudere.

Plōr-āre, *plenâ voce flere, ut exaudiaris*: 253. 637. Uberlaut (kläglich) Weinen/ Flarren/ Plärren.
(2) *flendo sit ope invocare*: Flehen.
[*q.* πολὺ ἀρύω. *multum rugio.*]
-ābundus, überlaut Wainend/ Wainerlich
-atus (*ûs*) das Flarren.
com. (*&* de.) Plorare, *ploratu dolorem testari*: 866. beWeinen.
dePlor-andus. 976. das zu beWeinen ist
-ata (*res*) *i. e. desperata*: abgeWainet. (*ut mortuus, nō jam reviviscens.*)
(2) *amissa*: verlohren (da nichts mehr zu hoffen ist.)
IndePloratus, unbeWainet.
exPlōr-āre, *olim plorando exquirere* (*ut mulieres & pueri solent*): *nunc in gen. Inquirere, Experiri*: 515. 527. 583. 614. Außkundschaffen/ sich erKunden/ erForschen/ nach Gründen.
-ator, 894. außKundschaffer/ erForscher.
ātōria navis; ein SpecSchiff.
-atus, erKündiget/ gantz gewiß.
)(. in exPloratus, 583. unerKündiget
imPlorare, *cum fletu in auxilium vocare*: 949. Kläglich anRuffen/ umb Hülff anFlehen.
opPlorare (*auribus alicujus*): (vor einẽ Weinen.

Cūm liberi parentum suorum obitum complorant, miserabili ploratu plorant (1) & plorabundi deploratas (2) suas res deplorando, misericordiã implorant: atq; si afficiuntur injuriâ judicib9 aures opplorāt. (Deplorandū a. est circū gestari majorem miseriam indeploratam, peccata,) Exploratores explorant hostem; ne inexplorat9 repentè opprimat.

Plostrum V. Plaustrum.

Plu-ĕre, *aquam è cœlo guttatim mittere*: 50. 311. Regnen. [*à πλύνω antiquè πλύω, lavo.*]

Plŭ-via, *talis aquæ destillatio*: 52. Regen.

-vius (& -viālis & -viātilis) *aqua*: 780. Regen (wasser)

-viōsus, (*annus*) *pluviis copiosus*: Regenhafft/ Regenwetterisch.

comPlu-ere, *pluendo madefacere*: 428. beRegnen.

comPlū-tus, *pluviâ madefactus*: beRegnet

comPlŭ-vium, *locus in quem aqua pluvialis de diversis tectis confluit*: RegenGrub/ RegenTümpel.

-viātum tectum, *in unam solùm partem devexū*: 407. Einseitig Dach

disPlŭviātum tectum, *utrinq; devexū*: 406. Zweyseitig Dach.

dePluere, *deorsum pluere*: abRegnen.

imPlŭ-ere, *aliquò pluere*: einRegnen.

-vium, *locus in ædibus sine tecto, quò imber impluit*: 405. RegenPlatz (im Hauß/) Hoff.

perPluere, *pluviâ transmittere*: durchRegnen

Quando pluit, & tu non es compluī, fuge sub tectum; sive illud sit displuviatum, sive compluviatum, modò non perpluat. Postquam depluit, etiam in impluvio siccus eris, pluviali aquâ in compluvium delapsâ. Crebræ pluviæ faciunt pluviosā tempestatem.

Plūm-a, *penna mollior & minor*: 135. 340. Pflaum Feder. [*φολὶς, id, vel à πίλημα, lana densa.*]

-eus, *quod est ex pluma*: 469. 747. Pflaumfederich.

-ōsus, *plumis tectus*: voll Pflaumfedern/ geFiedert.

E Plumis fecit plumarius plumeas cristas, aliaq; plumatilia. Aves nascuntur implumes, post plumescātis,

-ātĭlis, (& -ātus) 188. 380. auff Federn art gewirckt/ geblůmet.
-ārius, 478. FederSchmůcker/Feder Bereiter
-escĕre, Federn gewinnen/Flůckt werden.
-ĭpes, 139. Latschfůssig.
dePlūm-is (& imPlumis) 136. ungefiedert/ ohne Federn.
-āre, 364. (Federn) Pflocken/Schleissen.

Plumb-um, *metallum nigricans mollissimum* : Bley. [μόλυβδος]
-eus, 358. Bleyern.
-eo colore, 62. Bleyfarbig.
-ōsus, Bleyicht/Bleyreich/voll Bley.
-āria officina, Bleyhůtte.
-āre, *plumbo conglutinare* : mit Bley lőthen/oder verGiessen.
-ātūra, *ferruminatio* : Bley lőthung.
-āgo, (*inis, f.*) *purissimum plumbum in cinerem redactum* : 725. Bleyglantz/. Bleyweiß.
apPlumbare, 411. (mit Bley) anLőthen.
rePlumbare, Bley abthun/ ablőthen.

Plū-s, (*uris, n.*) *numero majus* : 275, 298, 454. 505. Mehr. [a πολὺς, *multus.*]
-scŭlum, *paulò plus* : ein wenig Mehr.
-res (*g. m. & f. & -ra g. n.*) 161 442, 543, 578. ihrer Mehr/ die Mehrere/ Mehr als.
comPlūres, (& QuamPlures) 811. 812. Sehr Viel/ Viele.

scunt, *plures* qz plumotæ: *at nō omnes* plumipedes. *Siquam* [illegible] *habere* de- plumem, de- pluma.

Plumbum, & plumbosa *jo* *aerea ferru- tum, fundi- tur in* plum- baria *offici- na, ex quo varia* plum- bea *vasa fi- unt, ipsa au- tem* plumbā- tur. *metallis* & applumbā- tur: plumba- turaq; *rur- sum, si pla- cet,* replumba- batur. Plum- bago *habet in medici- nis usum.*

Plus *scies, si à* pluribus *disces. Ergò lege* complu- res *Authores & pluri- mum: quam- quam* pluri- mos *nequi- dem attin- gere opus*

-ries, 459. Mehrmal.
-rimus, der Meiste (theil.)
-rimi, *magna pars*: die Meisten / Ihrer sehr Viel.
-ralitas, 919. Mehrzehligkeit/Vielheit.
-ralis, Mehrzehlig.
-rimum (& perPlurimum) 773. 797. Sehr (viel und) Offt.
utPlurimum, Mehrentheils/ Gemeiniglich.
Plĕr-iq; (*aq*, *aq*) *major pars*, *ferè omnes*: 110. 153/564/798. Mehren theil.
-unq;, *persæpè & nonnunquam*: 83. 413. 737. 876. Mehrentheils.
NB. Plus, *appensum Nominibus numeralibus significat* toties plus valens: *ut* (fach?
QuotuPlus? Wievielmahl so viel/Wievielfach?
SimPlus, Nur einmahl so viel/einfach.
SesquiPlus (*vel* SescuPlus) Anderthalbfach
duPl-us, Zweifach.
-io, (*ónis*, *f.*) *dupla multa*: zwiefache Straffe.
-ō, 546. Zweymahl.
-āre filum, Zwirnen.
-atum filum, Zwirn.
TriPlus, Dreyfach.
QuadruPlus, Vierfach.
QuincuPlus, Fünffach.
SextuPlus, Sechsfach.
SeptuPlus, Siebenfach.
OctuPlus, Achtfach.

est; quia plerūq; aliena tantum repetunt. Centuplicat *sibi laborē qui delectū nescit: cùm tamen, si* millecuplo plura *legas, non erunt omnia.*

Noncu-

NoncuPlus (*s. a. v.*) Neunfach.
DecuPlus, Zehenfach.
CentuPlus, Hundertfach.
CentuPlicare, Hundertfach vermehren.
MillecuPlus, (*s a. v*) Tausendfach.

Plŭte-us (& -um) *machina protectoria inter expugnandum muros*: 906. Schirmdach/Galleri.
(2) *repositorium librorum ad legendum, vel scribendum, vel cantandum*: 494. 960. Pultbret/Pulpet. [*à* πλατὺς, *latus*.]

Plūto, 931.

Pluvia V. Pluere.

Pōcŭlum, *potandi instrumentum*: 860. Trinckgeschirr. [*à* Potus.]
Pōcillātor, *poculorum administrator*: 860. 877. ein Schenck/ein EinSchencker/Credentzer.

Pŏdă-gra, *articularis pedum morbus*: 305. FußGicht/FußZipperlein. [ποδάγρα]
-ger (& -grĭcus, & -grōsus) *qui podagrâ laborat*: FußGichtig.

Pōdex (*icis, m.*) *pars animalis posterior, quâ venter eximanitur*: der Hinder. [*q.* Pedex, *à* Pedere.]

Pŏdium, *locus extra parietem ædificij exstans, ad perspectandum*: 407. Außladen/Pawlatsch. [πόδιον]

Poema V. Poeta

Pœn-a, *pro delictis inflicta afflictio*: 603. 649. 656. 711. Straffe/Peen. [ποινή] | Pœna *debet esse ubi peccatum est: nè impune*

-ālis, Sträfflich.
-āria actio: Peenliche Klage.
-itēre, (facti q. d. facti alicujus causâ seipsum pœnâ afficere.) 610. 653. geRewen/ Rew haben/ Büssen.
-itens, 962. Rewhabender/Busser/Bußfertig.
impœnitens, 962. unBußfertig.
-itūdo, Rewe.
-itentia, die Busse.
-am dare, i.i. subire, pati: Straffe leydē.

Pūn-īre, pœnâ afficere: 912. Straffen. [ποινᾶν; oi in u mutato.]
-iendus, Straffbar.
impūn-is (& -itus) 832. 830. Straffloß/ Straffrey/ ungeStrafft.
-itas, à pœna licentia: Straffreyheit/ Straffnachlässigkeit.

tas peccata augeat. Qui tamen pœnariâ actione puniendo intentat pœnalem coercitionem, & videt adversarium facti pœnitere, penitentiamq; agere velle: adhibeat ipse quoq; pænitudinem, & sinat mitius puniri, si prorsus impunē dimitti non vult.

Poē-ta (æ, m.) qui res fingit: 695. 699. 992. ein Dichter oder Tichter. [ποιητής]
(2) in sp. qui carmina fingit: Vers-Dichter/ Poet.
-tria, mulier Poetices perita: Poetin
-ticus Verß Dichterisch/ Poetisch.
-tāri, VerßDichten/ Dichten.
-sis, ars poëtica: 677. LXXIII. 696. VerßDichterey/ Poeterey.
-ma (atis, n.) poetæ opus, figmentū: 698. Verß gedichte.

Poëtari, artis est; dum Poëta, vel poëtria juxta poëseos artem ingeniosa poëmata fingūt, styloq; poëtico elegāter exprimunt.

Pol, Ædepol, adv. jurandi: Fürwar/ Warlich. [q. per Pollucem, per ædem Pollucis; jure

Polenta v. Pollen.

Polī-re, *aliquid durum & asperum lævigando splendidum facere*: 475 Butzen oder Putzen/ Poliren/ Fegen/ Glätten. [φαλύνω, *idem.*]
-tio (& -tūra) 482. Butzung/ Polirung/ Fegung/ Glättung.
-men, *rei politæ splendor*: Glantz.
-o (& -ītor) *qui polit*: Butzer/ Polirer/ Feger. (Feger.
(2) *in sp.* 415. Harnisch Feger/ Schwerd
-tus, (-tŭlus, *dim.*) 998. geButzt/ Polirt/ Höbsch.
-tè, Glatt/ Sauberlich.
dePolire, 416. abButzen/ abFegen.
exPolire, außButzen/ außPoliren/ außFegen.
imPolītus, ungeButzt/ unPolirt/ ungeFegt.
perPolire, 481. 482. wol Butzen/ wol außPoliren/ durchauß Glatt machen.
rePolire, *rursus polire*: wiederumb außButzen (oder Poliren/ oder Fegen.)

Polio (1 polit impolitos enses (2) rubiginosos autem repolit, *diligenti* politurâ, *ad* polimen usq; & *nitorem.* *Tuum est* depolire, expolire, perpolire, *ingenio, ut mente & linguâ* politulus *sis.*

Pŏlītī-a, *civile regimen*: LXXXIII. Stadts Regiment. [ἀ πόλις, *Civitas.*]
-cus, *civilis*: Städtlich/ Bürgerlich. *Tr.* Höfflich.
-ca, (*sc. scientia*) (Stadt) Regiment Kunst.

Poll-en, (*inis n. &* Pollis, *inis, m.*) *farinæ flos*: 354. das reineste Meel/ Staub Meel. [παιπάλη, *idem.*]
-ĭnāria arca: (Beutel) Meel Kasten.
-inator,

Pollinem *in arca* pollinaria *colligit* pollintor: polentam *facit* polentarius.

-intor, Meel beutler.

Pŏlent-a, *byne molita*: 377. geMalen Maltz.

-ārius, 377. Mältzer.

-arium molendinum: MaltzMühle.

Poll-ēre, *viribus valere, multū posse*: 625. ver Mögen/ Gelte/ (eines dings) Mächtig seyn. [ἀ πολύς, *multus*.]

-ens, *qui pollet*: ver Mögend/ ver Möglich

-entia, *potentia virium*: 572. ver Mögenheit/ ver Möglig keit.

-ex (*icis, m.*) *digitus cæteris præpollens*: 213. 212. Daum.

(2) *mensura genus*: 524. Zoll.

-ĭcāris, Daummässig/ eines Daumes dick (oder Breit.)

æquiPoll-ēre, *æquali potentiâ esse*: Gleiches ver Mögens seyn/ gleich Gelten.

-entia, Gleich ver Möglig keit.

præPoll-ēre, *viribus præcellere*: mehr ver Mögen/ über Treffen.

-entia; 233. über Treffūg/ über Hād nehmūg.

Pollex polle multum, roboreq; pollētiā cæteris digitus præpollet. Nec enim pollicari crassitudine alius illi æquipollet: ideo nec virtū æquipollentiam habet.

Pollex V. in Pollere. *Polliceri* V. Liceri sub Licet.

Pollin-cēre, (& -cīre: *antiquè* Pollingere) *cadaver inungere*: Todten Salben/ Balsam iren. [Pollingo q. *poliens ungo*.]

-ctor, *qui mortuos ungit*: 866. Leich Salber/ Balsamirer. (mirung.

-ctūra, *mortuorum unctura*: Balsamirung.

Pollincturam vocamus, cùm pollinctor mortuos pollincit.

Pollubrum & *Polluere* V. Luere.

Pollux, (*ucis*) 931.

Pŏlōn-ia, Pohlen. [q d. Campania, à Pole. Campus.]
-us, 560. Pohl/ Polack,

Pŏl-us, cardo, vertex [ἀ πολέω, verto] 540. 542. 554. 555. 557. 578. In sp. duo puncta immobilia circa quæ Rota aut Globus, vectitur: (Himmels) Angel.
-āris circulus: 540. 556. Himmels Angel Circkel.

Polygamia, [πολυγαμία] uxorum multitudo: viel Weiber/ viel Weyberey.

Pŏlygŏnon [πολύγωνον] L. Centinodium. 86.

Polyptoton, 688. Wort umb Wort wiederholung.

Pŏlypus, multipes. [πολύπους] In sp. (1) Piscis multis pedib⁹. 158. viel Fuß/Pol Küttel/Meer Küttel. (2) excrescentia carnis è nare propendens: Nasen geSchwär (gewechs)

Polytheia; pluralitas Deorum: 942. Götter Menge.

Pomœrium V. Murus.

Pomp-a, missio, [πομπή] Hinc (1) deductio solennis per publicas vias: 866. eine Anschnliche Begleitung.
(2) actio quævis solennis: 910. Pracht / gepreng.
-ōsus (& -ālis, & -āticus) 950. Prächtig.
(minus pompaticus, schlecht Prächtig.

Pōm-um, fructus molli cortice, succosus: 525. Weichschälig Obst. [an à πῶμα, potio? Ex omnibus enim potiones fieri possunt, & fiebant antiqvitùs.]

Ex pomis (1) parabāt antiqvi potum: ideóq; plantabant pomaria, & in illis pome

(2) *In sp. malum*: ein Apffel.
-us (*1. f.*) ObstBaum (2) Apffelbaum.
-ārium, 321. 369. ObstGarten. BaumGarten.
-ōsus, voll Obst/ Obst-(gend
-ĭfer, 113.115. Obst bringēd/Obst tra

[*sas arbores (pomos) (1) omnis generis; inprimis autem pomos (2), ad colligendū poma (1) pomifero autūno*]

Pond-o, *idem quod As*: Pfund.
[*à* Pendo, *e suo Verso.*]
-us (*eris*: -usculum) *quod in trutina ponitur, ut pendatur*: 510. 531.533.535 834.386.535.536. Gewicht.
-ĕrōsus, 68. Wichtig/ Schwer.
-ĕrāre, *pondere mensurare*: 533.535. 697. Wägen (oder Wegen/) erWegen.
præPonderare *alteri, plus ponderare*: überWegen.
æquiPondium, *ponderis æqualitas*: gleichGewicht. (Gewicht.
AssiPondium: *assis unius pondus*: Pfūd.
duPondium, *duo pondo*: Zwey Pfund.
centuPondium, (& Centumponndium) 536. Hundert Pfund.
superPondium, *aliquid supra pondus*: 800. über Gewicht / außSchlag oder auffSchlag.

[Pondo, *non ubiq; idem est.* Dupondiū *plus habet* ponderis *qvàm* assipondium: ponderosissimum *saxum plus* ponderat, *qvàm* centupondium. Æqvipondio *si ac addas* superpondiū, præponderabit.]

Pōne, *idem quod Post*: Nach/ Hinden.

Pō-nĕre, *ut aliquid jaceat facere*: 3. 136. 588. 706. 892. Legen/(Setzen)
[*à* πονῶ, *tolero, sustineo.*]
-situs, (*a, um*) *quem posuerunt*: 400 541. 615. gelegen/ (geSetzt.)

[Positor (*Templi* po*nit primum lapidē,* p*ut positio* *ei reqvirit*]

-ſitor, *qui ponit*: der Leger.
(2) *in ſp. qui fundamenta ponit*: Grund-Leger.
-ſitus (*ûs*; & -ſitio, & -ſitûra) 598. Gelegenheit/ geStand.
-ſitio, *poſitum diſputationis fundamentum*: der Satz.
-ſitiva (*Theologia*) 718. SchrifftTheologia.
AntePōnĕre, vorSetzen/ vorZiehen. (2) höher Achten.
ApPō-nere, 854. 857. hinzulegen/oder Setzen/ oder Fügen.
-ſitus, 602. wol zugeSetzt/ wol gelegen.
-ſitè, Füglich/ wol zur Sache.
-ſitio, der zuSatz.
Circum Ponere, 814. 854. umblegen/ umbSetzen.
ComPō-nĕre, 396. 492. zuſammen Legen / (oder Setzen.)
(2) *Tr. conciliare*: 781. 824. 971. beyLegen/ verTragen/ Stillen.
(3) Componere ſe (*ad aliquid*) 650 955. ſich Schicke (in oder zu etwas.)
-ſitio (& -ſitûra, & Compoſtura) zuſammen Setzung. (2) verTrag.
-ſitus: 817. (wol) zuſammen geSetzt/ geSchickt
(2) *in Gramatica*: 678. verDuppelt.
inComPoſitus, ungeFüget/ ungeSchickt.
contraPoſitus, 54. entgegen geSetzet.
DePō-nere (*onus*) 57. 302 757. ablegen/ nieder Legen/ niederSetzen.
(2) Deponere (*pignus*) 657. bey Legen/ auffzuHeben geben/ anverTrawen.
-ſitum

reliquos ſuperPonunt, totiq; ædificio ſupponunt (1) & *ſibi invicem* apponũt, & imponunt (1) & circumponunt, *aut* interponunt, (1) & *ſic muros* componunt, (1) *cæmentarij*: *omnia* diſponendo (1) appoſitè, & *alia alijs* anteponendo: *vel* poſtponendo, *vel* opponendo, & *male* poſita transponendo, *inutilia verò* ſeponendo, *donec tota* compoſitura (1) *rectè* diſpoſita (1) *ſit ut* incompoſitum, *aut* indiſpoſitè *factum nihil appareat*. *Qui* depoſitum *tuto loco* deponere ...

-situm, *fidei datum* : beylag / hinterlag verTrawtes oder anverTrawtes Gutt.

-sitarius, *custos depositi* : (bey dem etwas hinterleget wird) Beylags/(hinterlags) empfanger/ oder verWahrer.

disPo-nere, *húc illúc ponere* : 335. 494. 594. 891. zerLegen.

(2) *ordinare* : 513. 856. 986. Ordentlich Legen/ Ordnen.

-sitio, 565. zerLegung/ Ordnung.

-sitè, Ordentlich, (lich.

IndisPosi-tus (*a, um*) 590. unOrdent-

exPo-nere, 444.796.833. außLegen/außSetzē

-situs, 30. 160. 990. außgeSetzt/ (unterWorffen.)

-sititius, (*infans*) 777. weg geLegtes Kind/ Fündling/ FindelKind.

imPo-nere, *aliquid alicui* : 356. 407.428. 443. auffLegen/ auffSetzen/ einLegen.

(2 *alicui* (*fraudem*) einem auffSetzen/ beTriegen.

-stor, 798. auffSetzer/ beTrieger.

-stúra 922. beTrug/ beTriegerey.

interPo-nere, 225/ 824. darzwischen Legen / oder Setzen.

(2) *se*, sich zwischen Legen / sich eines an-Nehmen

-sitio, darzwischen Legung/ unterHandlūg.

opPō-nĕre, (*se*) 907. (sich) entgegen Legen (oder Setzen) für Setzen / darwiederLegen/ oder Setzen.

(2) *Vult*, c[...] *cum specia*[...] *sibi fidu*[...] depositariū[...] *ne forte in*[...] *cidat in* im[...] postorē *q*[...] *sibi* impon[...] (2), *eaq;* in[...] posturâ *no*-*ceat*.

Interdu[...] *publicè* ex[...] nitur expo[...] titius *infan*[...] *aut paren*[...] *bus* suppon[...] tur (2) *ab a*[...] *qua* suppo-strice *parti* *alienus*, su[...] posititius.

In Schol[...] *disputant*[...] *quisq; sua*[...] positionem[...] *defendens* oppositione[...] *a. partu* c[...] posita *con*-*vellens*: int[...] ponere *se* ([...] & *sapien*[...] interpositio[...] ne *contro*-*versias* con[...] ponere (2), *pauci* *sibi* proponunt (2).

-situs, I

-situs, 520. 545. 542. 550. entgegen geSetzt/ (gegentheil/ WiderPart.)

-sitio, (& -situs *us*) 549. gegenSatz/ Gegenschein.

ϰPo-nere, vorSetzen/vorStellen/vorZiehen

-sitio, (*apud Gramaticos*) vorWörtlein

-situs, 969. ein Probst.

oPonere, (1) *alicui aliquid*: 587. 785. 851. vorLegen/ vorTragen/ vorHalten/ vorSchlagen. *Hinc.*

ProPositio, 587. 588. 692. vorTrag/ vorHaltung/ Innhalt der Rede Spruch.

(2) *sibi aliquid faciendum*: Ihme vorSetzen/ oder fürNehmen/ (oder vorNehmen.) *Hinc.*

PrōPōsitum, 636. 675. ein vorSatz/ vornehmen.

ostPonere, hinden Setzen/ hinden anSetzen.

Po-nere, 745. 821. 860 877. einLegen/ wieder hinLegē/oderSetzē/(an seinē ort)Legē.

sitōrium, *locus ubi res reponuntur*: 404 814. 860. hinLege Stell/ Bücher geStell/ einSchaff.

Ponere, beseits (hin) Legen/ verLegen.

perPonere, 379 407. worüberLegen/ auffLegē

pPō-nere, *sub aliud ponere*: 798. unterLegen/ oder Setzen.

(2) *aliud pro alio ponere*: heimlich bey Bringen/ unterSchieben.

-situs, 17. 365. 492. untrgeLegt/ untrgeSetzt

-strix: unterSchieberin. -siti

Tu esto mō rebus compositis: præpone *te ne-minis*; *tibi agenda* (2) dispone *prudenter*; *libros* repone *in* repositorio disposite: *quicquid loqueris*, expone *verbis claris &c.*

-ſititius, pro vero & nativo poſitus: 497. untergelegt/ untergeSchoben.
-ſitōrium (medicamentum): 819. StulZapfflein.
transPonere, 587 verSetzen/ überSetzen.

Pon-s, (tis, m.) fabricatus ſuper aquas tranſitus: 445. 772. eine Brücke. [à Pono]
Pons verſatilis, anZieh- (oder Fall-) Brücke.
-ticŭlus, parvus pons, pro tranſitu pedeſtrium: 445. Steig/WasserSteg.
-to (ōnis, m.) navis ad currus per navem transvehendos: 448. ein Pram. Item: SchiffBrücke.

Pontē transimus curr... ponticulum pedibus; tr... jectum, p... tonec

Pontif-ex (icis, m.) ſummus ſacerdos Romæ: 935. der hohe Priester. [quod hi primùm in Tyberi poſuerant, & poſt reficiebant, Pontem.]
-icātus (ûs) ejus dignitas: die hohe Priesterschafft.
-iciālis, (& -icālis) hochPriesterlich.
-icius, quod eſt Pontificis: hochPriesterisch.

Pontifex, ... tificio ſue... re, ponti... cali indu... Veſte, f... gitur po... ficatu.

Ponto v. Pons.

Pont-us, mare: 266. Meer. [πόντος]
(2) inſula minoris Aſiæ: Pontus.
-icus, marinus: Meer-

Pŏpin-a, locus publicus, ubi eſculenta parantur & venduntur: 777. GarKüche. [à πέπλω, coquo.]

Popino, ... ſuetus ... næ, pop... busq; ...

-alis.

-ālis, GarKüchig.
-ārius (& -ātor) GarKoch.
-o (ōnis) qui in popinis versatur: GarKüche bruder/ Zammer.
-āri, in popinis helluari: Zammen.
-atio, 789. Zamerey.

eius, apud popinarium qværendus est, ibi popinatur.

Poples (itis, m.) pars genu posterior: 214. Kniebüge (oder Beuge.) [quod ibi pes postplicetur, h. e. in posteriora flectatur.]

Poppy-smus (& -sma, atis, n.) blandimentum sonorum manu aut ore: 848. das Klatschē. [πόππυσμα]
-zāre, Klatschen.

Populari V. Populus.

Pōpŭl-us, (i, f.) arbor folio hederaceo & tremulo: 112. 783 Pappel/ Pappelbaum. [ἀ παιπάλλω quatio.]
-us nigra: 112. ein Assyen (oder Espen.)
-eus (& -nus, & -neus) quod est Populi, aut ex ea factum: Pappeln/ von Pappeln (oder Assyen) holtz.
-ētum, Pappeln (oder Assyen) Wald.

Pŏpŭl-us (Popellus, dim.) hominum multitudo sociata: 571. 718. 872, 874 Volck. [ἀ πολὺς, multus, q. πόπολυς, per reduplicationem.]
-āris, ad populum pertinens: dem Volck zugehörig/ Volcks.
(2) populo accommodus, simplex: Schlecht und Recht.
(3) ejusdem populi pars: Landsmann/ Landsmännisch.

Populus amat popularem (1) libertatem, & populares (2) mores; & cum popularibus (3) conversari popular iter, etiamsi populosissima sit natio. Spe-

-āri-

-ăriter, Schlechtlich/einfältiglich/verständlich/ (nach des gemeinen Volcks weise und Verstand.)

-ăritas, *populi conjunctio*: Landsmannische Liebe (Zuneigung/ oder gewogenheit/) Landsmannschafft.

-ōsus, *populis numerosus*: 778. 791. Volckreich.

-ātim, *per populos*: von einem Volck zum (andern.

-āre, (*vel* -ari) *populatim spoliare*: das Volck aufm Land Plündern/ verheeren/ Land und Leute verderben.

-atus (& -atio) Plünderung/verHeerūg.

-ator (atrix) 150. Plünderer/verHeerer.

dePŏpŭlāri, 894. verWüsten/außPlündern.

perPopulari, durchPlündern.

cta populārim, *videbis istam* popularitatem *ubiq;. Cum ingruit hostis, non parcit*; populatur depopulatur, perpopulatur, *omnia hostili* populatione.

Porca, *cava sulci stria*: der hole Strich in der Furche/ hole Furch.

Porc-us, *sus quivis*: *168. 178. 251.* Schwein, [*ex* κάπρος, & πόρκος.]

-a, SchweinMutter.

-ŭlus (& -ellus) 168. Schweinlein/ Ferklein/ Ferkel.

-ínus, (*a, um*) *ex porco*: Schweinin

-ārius, *porcorū custos*: SchweinHirt.

-īnārius, *qui porcos vendit*: Schwein Händler/ Schweinfleisch verKauffer.

-ŭlātor, *qui porcos nutrit*: Schwein-Mäster.

-ulatio, *ipsa saginatio*: Schwein Mastung.

Porcos, porcas, porculos *totumq;* porcinum *genus* porcarius *in campo pascit*, porculator *domi saginat*, porcinarius *venundat*: *in primis a. lucrosa est* porculatio.

Porphyrītes (*ū, m.*) 74. Rötlicht (Roth-steinicht) Marmelstein.

Porr-ĭgĕre, *manu extensâ dare :* 860. dar Bieten/ Reichen. [*ex G.* ὀρέγω, *&* ἐπορέγω, *id*]
(2) *manum ipsam vel aliquid extendere :* Recken/ Strecken.
-ectus (*a, ū*) 28. außgeReckt/außgeStreckt
in Porrectum, 845. in die Weite (oder Länge.)
-ectio, dar Reichung/ das außStrecken.
exPorr-igere (*frontem*) 693. außStrecken (für frewden.)
-ectus, *idem quod* Porrectus.
exPer-gisci (& -gĕfiĕri) *se exporrigendo somno excitari :* (mit Strecken) auff Wachen.
-gĕfăcĕre, *excitare :* auffWecken.
-rectus, auffgeWeckt/ erWacht.
inexPerrectus, unauffgeWeckt/unerWacht.
(2) *difficilis excitatu :* unauffWecklich/ Tieff schlaffend.

Porrigimus (1) *manum erga illum, cui aliquid* porrigimus (1): exporrigimus *frontem cum hilarescimus:* expergefacimus *dormientem, ut* expergefactꝰ (experrectꝰ) *aliquid agat. Quidā* inexperrecti- (2) *profundè dormiunt.*

Porrig-o (*inis, f.*) *furfures in capite :* 304. Schuppichter Grind/ Erb Grind. [*q.* Prurigo.]
-ĭnōsus, Grindicht/ Erb Gründig.

Porro, *continuitatis nota :* 131. 357. 431. 817. Fort/ Weiter/ Für sich/ Baas. [πόῤῥω]
Porrò etiam, 953. noch Weiter/ immer Weiter.

Porr-um (& -us) *allij genus minutum :* 89. Lauch/ oder Glüb, [πράσον]

-ăceus, Lauchin.
-aceum folium: Schlotte.
-ína, Lauchbeet/ Gulobet.

Porta V. mox Portare.

Port-ārc. (-itāre) *onus ferre*: 425. (Last) Tragen. [ὰ φόρτος, *onus*: *quod à* φέρω, *fero.*]
-atus *ús*, Tragung.
-a (-ŭla, *dim.*) *janua major quâ onera importantur*: 239. 772. 906. ein Thor.
-ĭcus (*ús*, *f.* -ĭcŭla) *ambulacrum tectum*: 774. bedeckter Gang/ Lauf [*q. continuata porta*.] (be/ Halle.
(2) Porticus mercatorum, Burse.
-us (*ûs*, *m.*) *locus quâ navibus merces important*: 456. Anfurth Haffen/ Schiffiende/ Port.
(2 *Tr. perfugium*: zuflucht.
-uōsus, *portus habēs*. Haffreich/ Anfurtig.
-ĭtor, *qui homines de navi ad littus, vel cōtra, vehit*: 448. überFührer/ Fehrman.
-ōrium, *portitoris naulum*: 448. überFuhr lohn/ Fehrgeld.

Merces portantur *per* portam, (1) importāturq; *tabernis mercatorū*. *Sed cum eae* è portu portuosæ *civitatis* portitor *vehit ad littus*, *exigit ab* apportantibus portorium. Exportatæ *è navibus*, & supportatæ *in tabernas*, *ac undiqve* comportatæ *si non vendantur*, asportantur *denuò*, & deportantur *aut* transportantur *aliò*; *aliæ verò vendibiliores* reportantur.

Composita à Portare.

apPortare, 862. herzuTragen.
asPortare [*ex abs Portare*] hinwegTragen.
comPortare, 130. 373. 815. zusamen Tragē.
dePortare, 378. abTragen/ davon Tragen/ wegFühren.

exPór-

ëxPortare, außTragen.
imPortare, einTragen.
præPortare, vor sich Tragen,
rePortare, 841. wieder Tragen/ wieder Bringen/ davon Tragen (oder Bringen.)
supPortare, zuTragen/ zuFühren
transPortare. 457. hinüberTragē(oderBringē)

Porticus (2) *mercatorū sita sit* opportuno *loco non in* angiportu, *aut alio* importuno (1) *loco, ubi* importunorum (2) *hominu* importunitas *molesta esse posset.* & *extructa* opportunè.

Composita à Portus.

AngĭPortus (*ûs,* & -um, *i*) *angustus vicus*: 773. enges Gäßlein.

OpPortūn-us, (.)(*In*)794. Gelegē.(Un-)
-è, 644. zu gutter gelegenheit / zu rechter zeit/ Recht.
-ĭtas, Gelegenheit. (unGelegen.

imPortūn-us (*q. portui incommodus*):
(2) *Tr: molestus*: 664. Störrisch / verDrüssig.
-è, zur Unzeit,
-ĭtas, unGelegenheit/ Störrigkeit.

imPortuósus, *portu destitutus*: 456. unAnfurthig/ da nicht anzulenden ist.

Portendere & *Portentum* V, Tendere

Port-io, (*ónis, f.*) *assignata alicui pars*: 246. anTheil. [*a* Parte]
In gen. ein Theil.
(2) *Hinc commensurata alteri quātitas*: *sed usitatius.*
-iuncŭla (*dim.*) 242. Theilichen.

Portiones *dividantur secundum* proportionē, proportionali *æquitate.*

ProPort-io, 506 511. GleichMässigkeit.

Hhh 2 -iōnā-

-iōnālis, (& -ionatus ; s. a. v.)
Gleich Mässiglich.

Porticus, & *Portus* V. Portare

Pŏr-us, [πόρος] *transitus meatus* ; *in sp. pore cutis*: 244. Schweißlöcher.

-ōsus, 259. 356. Löchericht.

Pos, *seu* Pot-is, *viribus pollens* : Mächtig. [*ab H.* Posch, *abundantia*, *validitas*.] *inus* *sed Derivat.* & *Compos. sunt in usu.*

Pŏti-or, *validior*, *præstantior* : 288. 999. (Mächtiger/) Besser.

-ùs, *magis præstantius* : 444. 504. 631. 999. (Besser/ Lieber/ vielLieber.

-ssimus, *præstantissimus optimus* : 203. 815. der Beste/ (Außerlösenste) der Meeste. (am Liebsten.

-ssimum, 123. 515. 656. 758. am Meisten/

Pŏtī-ri, (*aliquâ re*) *est illam sub potestatem nancisci* . eines dings Mächtig werden/ sich beMächtigen.

(1) Potiri rerũ, 769. Herr seyn/Herrschẽ

comPos (*mentis* *sanitatis*, *voti* &c.) 655. (eines dings) Mächtig.

imPos, 654. unMächtig.

Poss-um (& potis *sum*) *habeo jus*, *aut vim*, *aliquid agendi* : 2. 13. 19. 247. 307. 371 Können/ Mögen.

non Posse non 644, Müssen.

-ĭbĭlis, *quòd effici potest* : 465. 501. Müglich.

(Pos *sum ejus rei quã* possum.)
Potior *nobis est ille, quẽ* potius *elegimus* : potissimus, *qui* potissimum *placet*.
Re desideratâ potiri *nõ semper* potest, *qui mẽtis* compos *est* : impos *rationis vix unquam, ut potecus* possibilitatem *rerum infectum deducendi* potestas *deest*.
Dum potentes *inter se* potenter *de* potentatu *contendunt* possibile *est* impotentio

-ĭbĭlĭler, Müglich.
-ĭbĭlĭtas, Müglichkeit.
imPossibilis, 611. 613. unMüglich.
Pŏten-s, *qui potest*: 767. 832. 951. Mögend/ Mächtig.
-tia, *vis agendi*: Macht/ Mächtigkeit.
-ter, 502. 591. 694/ Mächtiglich.
-tātus (*ûs*) Macht (zu Herschen.)
Pŏtestas, *agendi libertas*: 275. 483. 676. verMögligkeit/ Gewalt.
imPoten-s, 291. unMächtig/ ohnMächtig/ (Schwach) unverMögend.
(2) *sui, moderari sibi non valens*: seiner selbst unMächtig/ Vbermüthig.
-tia, unverMögenheit/ ohnMächtigkeit/ ohnMacht (Schwachheit)
-ter, 630. unMächtiglich. (2) überMüthiglich
OmniPŏten-s, 19. AllMächtig.
-tia, 11. AllMächtigkeit.

rem *deijci*, & *ad* impotentiam *redigi. Accidit tamen quandoq̃ contrariũ: quia* Omnipotens *Deus*, *per* omnipotentiam *suam*, *nobis* impossibilia *operatur*.

Posca, *aquatum in torculari vinum*: 314. Lauren Tranck/ Lauer. [*N. ut ab* Edo, *esca*; *sic ab* Posco, *Posca*.

Poscĕre, *seu precibus seu vi requirere*: 936. Begehren/ Fordern/ erFordern. [*ab H.* Bikkesch, *poposcit*.]
apPoscere, *insuper poscere*: noch drüber Fordern.
dePoscere, *vehementer*: 826. mit ernst Fordern.
exPoscere, *cum instantia poscere*: 275. herauß Fordern/ hefftig Begehren.

Poscimus opem, *cum indigemus*: *si differtur*, deposcimus, & exposcimus: *interdum & plus* apposcimus; *nostra verò jure nobis*

rePoſcere, *ſuum ſibi reddi poſcere*: 991. wieder Fordern/ erFordern.

Poſtŭl-ārē, *jure poſcere*: 337. 659. 809. 826. mit recht Fordern/ Heiſchen/ erHeiſchen. [*q. Poſcitulare.*]

(2) are criminis, wegen einer Miſſethat/ vors Recht Fordern/ anKlagen.)

-atio (& -atus *ûs*) dz Heiſchē/die Forderūg

-atum, *quod poſtulatur*: das Anmuthen/ Anmuthung.

exPoſtul-are, *cum aliquo, rationes facti expoſcere, de injuria apud illū ipſum qui fecit, queri*: einen Zu rede ſtellen/ einem was verHeben/ verWeiſen.

-atio, zu rede ſtellung / verHebung / verWeiſung (eines dings.)

repoſcimus, *cum res poſcit* & poſtulat. (1) *Sæpe aliquem* poſtulamus (2) *criminis aut* expoſtulamus *cum eo ipſo.*

Poſt, *à tergo*: 22. 88. 569. 572. 746. 951. 972. 973. 998. Nach / Hinter. [*ex* ὄπισθε]

(2) Poſt *ſine caſu, adverbium eſt*: 9. 333. 354. 571. 897. Hernach/ Hinden an. [ὄπισθεν. ὕστερον]

Poſt-ea, 101. 136. 395. 447. 487. Darnach/ Dieſem nach.

-ĕrus, [erior, remus, ὀπίστερος] 194. 209. 213. 216. der Hintere/Hinterſte (Letzte)

-ĕ o, (*ſc. die*) den Tag hernach / des folgenden Tages.

-rēmō (& -rēmūm) *poſtremo loco*: 99. zu Hinderſt.

(2) *aut tempore*: zu Letzt.

Qui poſt *aliquem venit ſedeat* poſt; *qui* poſteà, *ſit* poſterior; *qui* poſtremò (1) *ſedeat* poſtremū (2) *Quid futurum ſit* poſtero *(die) aut* in poſterum; & *quæ conditio futura ſit* poſterorum *noſtrorum, totiusq́;* poſteritatis, *quis*

Apoſte-

Aposteriori, 508. vom Hinten.
inPosterum (*scil. tempus*) Fort hin/ins Künfftig.
Postĕr-i, *qui post nos venient.* 565, 751. die Nachkommen/ Nachkömmlinge.
-ĭtas, *posterorum progenies*: 919 die Nachkommendenheit (die Nachkommen.)
Postīc-us (*a um*) *quod a tergo est*: Hinter wertig. [ὀπίσθιος]
-um (& -a:-ulum *dim.*) *ostiū in posteriori parte adiū*: 405. hinter Thür.
Póstŭmus, *idem quod* Postĕmus.
Postiléna, *loreum sellæ retinaculū posterius*: Hinter-(oder Schwantz-) Riem.
Postqvam (& Posteaqvam) 550/565/594/611. Nach dem/ dem nach.
præPostĕr-us, *ordine perversus*: das hinderst zu förderst (gekehrt) verkehrt.
-è, *perversè, inversè*: 789. 918: Widersinnisch.

novit ? *post*quàm *nemini sua postica videre datur. Mundes tamen agit præposterè, quòd postuma sua non recogitat.*

Posthumus V. Humus. *Posticus* & *Postilena* V. Post.

Postis (*is. m.*) *janua latera*: 403. Thür Pfosten. [*à* Positu.]

Postliminium V. Limen-

Postŏmis 440. (*idis, f.*) Maul Korb von eysen. Bremse. [*ex ἐπὶ στόμα, super os.*]

Postulare V. Poscere. *Potare* V. Potus *Potestas* & *Potiri* & *Potius* V. Pos.

Pōt-us (*ûs*, & -io) *quod bibitur*: 45/ 237/ 269. Tranck/ geTranck. [πότος & ποτής.]

Potu *carere, nullum vivens potest, estq́ cuiq́*

-iōnāre, *potum dare*: 965. Träncken.
-āre, *largius potionari* : 623. Starck Trincken/ Sauffen.
-us (*a, um*) *haustu madefactus, ebrius*: beSoffen / beTruncken/ bezecht.
-ŭlentus, XXXVII. *idem.* (2) *potui idoneus*: 777. 944. Trincklich / was zu Trincken taug.
-ātio (& io, & -ūra) 360. die Trenckung/das Trinckē/das Sauffen/eine zech.
-ator (& -or) *qui potationibus indulget*: Sauffer/ (zechbrüder:)
-ōrium vas, 860. Trinck-(oder Sauff-) Geschirr.
-istris, 360. ein (Vogel Trinck) hörnlein.
apPōtus, beSaufft.
circumPotatio, 861. das herumb Trincken / (oder Sauffen) umbzechen.
comPota-re, Mit einander Sauffen/ zechen.
-tor, ein Zech gesell/ Luder gesell/Mit Sauf- (fer.
-tio, das zechen/ vollSauffen.
ePotare, *exhaurire*: außTrinckē/auß Sauffen.
perPotāre, *multum potare*: lang zechen / Stätß zechen.
-tio ein langes Zechen/ Stättiges zechen.
rePōtia (*orum, n.*) *convivium postridie nuptiarum* : 741. NachGasterey / NachHochzeit.
[*à reparanda potatione.*]

sua natura-lis potio *as-signata.* *Sed homi-nes sibi ex-cogitarunt* *Varia* potu-lenta (2) *qua* *immodicè* potando, *red-dunt se* pot[u]-lentos (1) *Nec suffic[it]* *esse* potato-res: compo-tationes, & circumpota-ones, & p[er]-potationes *amant*: *ut* *Vasa* poto[ria] epotando p[...] ti (appoti) [...]*unt*: *nec* [...] *stridie tam* repotiorum *obliviscun-tur. cùm* *praestaret* [...]tionare *pa[u]-peres &c.*

Præ (*olim* Pri) *idem quod* Ante, 247. 178. 787. 880, 954. Vor/oderFür. [πρὶ, & πρὶν, id.] *N. cū*

Vis præ [...] *teris doct[...]* *esse?* præ[...]

N cum Adnomine idem quod Per: Sehr/ Gar, *ut* præPotens. Sehr Mächtig.

Præt-er, *nota motûs, rem non attingendo transeuntis*: 26. 254. 505. 632. 941. 974. 980. Vber / Vorüber. (2) Ohne. [*q.* præiter; præ *re*, *non* per *illum*.]

(3) 663. Wieder.

-ĕrea, 3. 624. 670. 725. Vber das/Vber dieß

-erpropter, (*adv.*) *circiter*: 143. Vngefehr.

(2) præterpropter vitam vivere (*i. e. præter illum scopum propter quem debuit*): ausser dem Ziel des Lebens/ neben Hin.

-erquàm, 27. 180. Denn nur/ohn allein Ausser daß/ außgeNommen.

(1) *cæteros disce*: *nihil tamen* præterquàm *bonum*. *Moneo* præterea *ne imitare illos, qui* præterpropter (2) *vitam vivunt*.

Præbere, V. Habere. *Præcellere*, V. Cellere. *Præcentor* V. Canere. *Præceps* V. Caput. *Præceptum* V. Capere. *Præcedere* V. Cædere. *Præcinere* V. Canere. *Præcipere* & *Præcipuus* V. Capere. *Præcise* V. Cædere. *Præcludere* V. Claudere.

Præc-o (*ōnis*, *m.*) *qui jussu Magistratûs publicè aliquid denunciat*: 825. ein Auß Ruffer/ Herold. [*G.* κηρυξ: *sed videtur contractū ex* Præconio.]

-ōnium, *ipsa denuntiatio*: auß Ruffung/ das auß Ruffen.

(2) *Tr. laus*: 630. Preiß/ lob.

Præco, *publicat*: Præconio (2) *promulgat magistratûs jussa*: *adjungens interdum* præconia (2)

Præcognoscere v. Noscere. *Præconceptus* v. Capere. *Præcordia* v. Cor. *Præcox*, præcoqvus: v. Coqvere.

Præd-a, *quicquid ad escam rapitur*: 182. 337. 902. (Raub) der wilden Thür. [*ex H.* Terep, *esca*, *rapina*.]

Prædā (1) *insectantur bestiæ*: prædé

(2) *dehinc in genere*: Raub (2) Beute.
-āri, (*predam agere*) 146 Rauben/ Beuten/ Beut machen/ Frey Beuten.
-āceus (& -āritius, & -āticus,) Rauberisch/ Beutmacherisch.
-o (*onis*) 433. Rauber.
-ātor, (& -atrix) 360. Raub- Beutmacher/ FreyBeuther.
-ātoria *navis*. Raub-Schiff.
dePrædari, beRauben.

(2) *quarunt* prædones, cũ prædantur, *ac homines* deprædantur, *etiam* prædatorijs *navibus*, *ut ex* prædaticis (prædatitijs) *bonis ditescant*.

Prædestinare V. Stinare. *Præditus* V. Dare

Prædi-um, *villa cum agris & hortis*: 337. 873. ligendes Gutt/ LandGutt/ Vorwerg. [*ab H.* Terep, *esca*: *prabet enim victualia*.]
-ātor, *juris prædiatorij peritus*: Grund Rechts verständiger.
-ātorium *jus, lex &c.* Grund-Recht.

Etiamsi nullum prædium *possideat* prædiator; *potest tamen* jus prædiatoriũ *recte intelligere*.

Præfatio, V. Fari *Præfectus* & *Præfica* V. Facere. *Præfiscini* V. Fascinare.

Prægna-ns, *fœtu gravida*; 165. Schwanger/ Trächtig. [*contr. ex* Prægignens.]
-tio, Schwängerung/ (die zeit weñ die Fraw schwäger geht.)

Prahendere V. Prehendere.

Præli-um, *conflictus bellicus*: 895. 913. Schlacht/ Feld Schlacht. [ἀ πηλ & ἴλη, *turma militum*.]
-āris (& -ālis) Schlacht-
-āri, *prælium committere*: 175. Schlacht halten/ Schlagen.
dePræliari, *idem*. *Locus* prælij, Wahlstatt.

Vt bellum finiatur cõmittũt prælium, præliariq; *pugnã* præliantur, *&c.*

Prælucere V. Lux. *Prælum* V. Prelum, sub Premere.

Præmium, *proposita in certamine victori merces*: 603. 656. 727. FechtKrantz / Kleinod / Preiß (im Thurnieren) [*q.* Præemium. *quod quis præ aliis emit, i. e. accipit*; *vel ex G.* βραβεῖον.]

(2) *Tr.* Belohnung.

Præpes (*ĕtis*) *citò volans*: Geschwind. [*ex* πρεπετής.]

Præputium V. Putare. *Præruptus* V. Rumpere.

Præs (*édis, m.*) *publicus fidejussor in re pecuniaria*: GeldBürge. [*qui* Præstare *promittit, quod alter debet.*]

comPræs: mitBürge.

Præsagire V. Sagax. *Præscitus* V. Scire. *Præsegmen* V. Secare. *Præsens* V. Esse. *Præsepe* V. Sepire. *Præsertim*, V. Serere. *Præses* & *Præsidium* V. Sedere. *Præstans* V. Stare. *Præstega* V. Stega. *Præstigiæ* V. Stringere. *Præstò* & *Præstolari* V. Stare. *Præsul* V. Salire. *Præter* V. Præ. *Præteritus* V. Ire.

Præt-or, (*óris, m.*) *judicii summus moderator*: 783. 827. LandVogt / Vogt / Richter / Schultheiß / oder Schultz. [*q. præitor.*]

(2) *in bello*: ein Obrister: & Regiments Schultz / Profoß.

-ōrius (& -ōritius) Vogt. Obersten.

-oria navis; 614. Admiral Schiff.

-orium (*sc. habitaculum, seu tabernaculum*) Richt Hauß (2) des Obersten Gezelt (im Lager.)

-ōriānus miles. *prætorii custos*: 900. Leibquardi.

-ūra, *prætoris dignitas & officium*: Vogtey / Schultzerey.

Prætor (1) *exercet* præturam *in* prætorio, prætoritiâ *authoritate instructus, &* prætoriano *milite stipatus*; *committens interdum* prætoriam *potestatem* Proprætori.

pro-

proPrætor, *vicarius prætor*: Vogts Statthalter / Vogtey ver-Walter.

Prævaricari v. Varus

Praga, 562. Prag.

Pran-dium (-iŏlum, *dim.*) *cibus meridianus*: Mittags essen / Mittagmahl. [*à* πρὸ *ante*, & ἔνδιον, *meridianū*]
- **-dēre**, *meridie edere*: zu Mittag essen / Mittags mahl halten.
- **-sus**, der zu Mittag gessen hat.
- **-sor** Mittagsgast
- **-sorius**, zu Mittagsmahl gehörig

imPransus, unGessen zu Mittag.
comPransor, mit Esser.

Impransu… *jejunet*, *au*… *veniat* *ad*… prandium. Pransor *aut*… & compra… sores prat… deant, pra… soriâ *hilar*… *tate*: pra… si, *redeant* *ad labores*…

Prăsĭnus (*a*, *um*) 266. Lauch grün / Gra… grün. [πράσιος & πράσινος, *porraceus*.]

Prăsĭnus (*i*,) *cyprinus latus*: Prasmen Pressem.

Prāt-um, (-ŭlum, *dim.*) *ager fœnisecio paratus*: Wiese / Matten. [*à* πράσιος, *Doricè* πράτιο… *Viridis*.]
- **-ensis**, Wiesicht / Wieser

Prā-vus, *malè factus*, *corruptus*: 304 / 820 / 885. Arg / verderbet. [*q.* παραβαίνει *h. e. transgreditur rectitudinis leges*.]
- **-è**, 298. ärglich / übel.
- **-ĭtas**, 503. Argheit / verderbtes wesen.

dePrāv-āre, 947. verderben / Arg machen / verfälschen.
indePravatus, unverderbet.

Pravi *mor*… depravant *publicam* *nisi* pravit… *emendat*… *maturè*:… indepravat… *servetur* j… *ventus*.

Pra-xis, 595. 706. 715. übung.
-cticus

-ēticus, überer
-ēticè, 516. nach der übung.

Prec-āri, *optando petere*: Wünschend Bitten. [*ab H.* Barach, *benedicere, bene precari.*]
(2) *In sp. precari Deum, vel ad Deum*: Beten.
-is (*f. & usitatiùs plur.* Prěces, *ium*) 572, 573. Bitt/ (2) Gebet.
-ātio, *idē.* (2) *In sp. pro alio*: vorBitt.
-ātor, *qui pro alio intercedit*: Beter.
(2) *In sp. qui pro alio precatur*: vorBitter.
-ārius, *precibus impetratus*: erBeten.
-ārio, auß Bitt/ durch Bitt/ Bitt weise.
ap.(& com.) Precari, anWünschen/Bitten.
apPrecatio, 962 Glück wünschung/Wunsch.
dePreca-ri, *valde precari*: (Bitten.
(1) *sive ut aliquid fiat*: (Höchlich)
(2) *sive ut ne fiat*: 653. abBitten.
-tor, vorBitter.
indēPrĕcābĭlis, unerBittlich/ das nicht zu erBitten (zu versöhnen ist.)
imPreca-ri, *precando mala optare*: 654. anWünschen/ Fluchen.
-tio, anWünschung/ ein Fluch.
rePrecari, wieder Wünschen.

Precamur (2) *Deum* precibus (2) *devotis, cum ab illo* deprecamur (1) *gratiam*. *aut* deprecamur (2) *iram, ne si fertè* inde precabilis *pœna nobis impendeat.* Præcator *pro alio* precatur (1) *ut impetret* precarium *aliquam gratiam*, precariò. *Cæterùm*, apprecamur *bona, gratulabundi*; imprecamur *mala, indignabundi*; reprecamur *bona vel mala illis, qui nobis talia* cōprecantur.

Prěci-um (& Prĕtium) *rei venalis valor*: Kauff Geld/ Preiß/ Werth. [*à G.* πρᾶσις, *venditio.*]
-ōsus, *magni pretij*: X 104. viel werth/ Köstlich/ Kostbar. Precio-

Pretiosæ *res habent magnum* pretium, *si raræ sunt*: *si abundant*, de-

Preciosi *lapides*: Edel gestein.

-ōsitas, *magni pretij valor*: 531. viel würdigkeit/ Köstligkeit.

dePreciari, *ad minus precium redigere*: 798. abWürdigen / den Preiß mindern / einem abBrechen/Abschlagen (am Preiß.)

preciantur, præciositatemq; amittunt.

Prĕhen-dĕre, *manu extensâ captare*: Greiffen. [*Videtur factum ex* περιχανδάνω *capio, prehendo. N. Orthographiam variat. Scribunt enim &* Prendere, *&* Præhendere: *sed diphthongo nihil opus.*]

-sāre (& Prensāre) *prehendere conari*: 258. (Nach etwas) Greiffen / einem ding nachGehen/ nachTrachten.

-satio, & Prensatio 258. Greiffung/

-sus (& Prensus) *captus*: 846/858. erGrieffen/ / beGrieffen.

apPrehendere, *prehendendo assequi*: 371. erGreiffen/ erWischen/ erTappen.

(2) *intellectu prehendere*: verNehmē.

comPrehen-dere, *consequi*: 495. beGreiffen/ Kurtz begreiffen.

-sus 516. 920. 949. beGreifflich.

incomPrehensibilis, 977. unbeGreifflich.

dePrehendere, *in ipso facto prehendere*: 259. 503. 582. 594. 805. über etwas erGreiffen/ (auf der that erTappen/ erfinden) vermercken.

indePrĕhensĭbilis, unerGreifflich/ unerTapplich.

Prehendimus *manu, quod* prensari *patitur*: comprehendimus *mente, quod* incomprehēsibile *no est. Quod* deprehendimus *in facto*, apprehendimus (1) *illico, &* reprehendimus (2). *Tu si esse vis* irreprehensibilis, *vive sic, ut sis* indeprehensibilis.

rePre-

rePrehen-dere, *aliquid fugitivum prehendere*: 366. zurück Greiffen/einen flüchtigen erTappen. (Schelten
(2) *corripere*: Straffen (mit worten/)
irrePrehensibilis, unSträfflich / an dem nichts zu straffen ist.

Prelum v. mox in Premere.

Prĕmere, (& Pressare) *in arctum cogere*: 460. drucken/Pressen. [ἀ βαρύνω, *gravo, premo.*]
Press-us, (*ûs*) drückung.
-ūra, 328. druck.
-us (*a, um*) 345. gedruckt.
(2) *in arctum pressus*; enggedruckt/ geSchmeidig.
-è, *arctatè*: eng gedruckt/ Kurtz eingezogẽ.
-orius, *pressura serviens*: druck-Preß-Kelter.
-ōria *machina quâ quod premitur*: 460. Druckgeschir/Preß.
Prēlum, *trabs pressoria in torculari*: 460. 488. 492. Kelterbaum/Preßbaum. [*premilum.*] (2) Druck Presse.
ApPrĭmĕre, 492. hinzu Drucken.
ComPr-imere, *in unum premere*: 248. 257. zusammen Drucken.
(2) *Tr. cohibere*: verDrücken/Dämpffẽ
-essio (& -essus *ûs*) 460. das zusammen Drucken.
-essor, 309. zusammen Drucker/ erSticker.
DePr-imere, *deorsum premere*; nieder Drucken/ unter sich Drücken.

Premit *vinitor uvas sub* prelo (1) *violenti* pressu appresso, exprimitq; *uvosem in suppositum vas* pressorium. In pressorim primit *arte* impressoriâ *libros* (*aliquando* supposito *nomine*) *formâ* pressâ, *vel laxâ. At mentibus nostris* expressè impressum *est*, *nè quem injustè* deprimamus (1) *aut* opprimamus *ejusve famam* supprimamus, Oppressionem *nostramqui*

(2) *premendo humiliare* : 554. er-Niedrigen.

-essus, (*a, ū*) 780 niedergeDruckt/Niedrig.

exPrimere, *premendo elicere* : 328. 501. 513. 590. außDrücken / außPressen.

(2) *in sp. vinum*. (Wein) Keltern.

exPressus, -ē, 588 außDrücklich.

imPr-imere, *premendo efformare* : 478. 723. einDruckung/ einPressen.

-essio, 593. einDruckung.

-essor, ein Drucker.

-essōrius (*a, um*) 492. Druck-

opPr-imere, *premendo gravare* ; 722. 767 unterDrucken/ zuDrucken.

(2) *improvisò invadere* : über Eilen / (unversehens) überFallen.

-essio, 791. unterDruckung.

rePrimere, *continere*: 32. 436. zu ruck Drucken/ zu ruck Halten.

(2) *reprimendo cohibere* : 654. Dämpffen/ Wehren.

supPr-imere, *abscondere* : (heimlich) unterDrücken/ ver Hölen.

-essus (*a, um*) 303. auffgeHalten/ unterDruckt.

(2) -essa (*vox*) Lefse/ verhalten.

quærit. enim reprimere (1) aut etiam comprimere (2) liceat.

Prendere, V. Prehendere.

Presbyt-er, (*eri*, πρεσβύτερος) *L. senior* : *Ministri Ecclesiæ sic dicuntur, quia ætate maturiore eligi solebāt. Inde Germ* Priester (*eliso* by)

-ĕrium, Priesterschafft/ Priesterthumb

Pretium V. Precium. *Pridem* V. Prior. *Pridie* V. Dies.
Primus v. Prior. *Princeps* v. sub Capere.

Pri-or, *præ alio stans; seu loco seu tempore*: der Fördere/der Ehere [*a Præ, quod a πρὶν. priùs antè.*] (Prior (2) *nominaliter in Monasterio*: ein
-us, *ante, citius*: 88. Eher.

A priori, 507. von fornen.
-usqvàm, *anteqvam*, 466. Ehe denn/ ehe als.
-stĭnus, *qui præ isto fuit*: 971. der vor gewesene/ Vorige/ uralt.
-scus, *pristini seculi*: 491. 565. der vor Alters gewesene/ Alte.

Prīm-us, *omnibus alijs prior*: 233. 258. der Förderste/ der Eherste (*usitatius*) der Erste.
-o (& -um) 7. 16. Erstlich.
-ĭtus, 19. 395. zu Erst/ von Anfang her.
-ārius, *primæ dignitatis*: 232. 400. 539 Erstwürdig/ Vornehmst.
-ariò, 620. zum Förderst.
-ānus, *primi ordinis*: einer von der ersten Ordnung/ des ersten Ordens.
-âs (*plur.* Primates) *primi in civitate*: 880. die Fürnehmsten (in der Statt/ oder Land.)
-ātus (*ûs*) *primarius locus, vel dignitas*: die Fördere stelle/ Oberstelle/ Fürnehmste Würde.
-ōres, *qui priori sunt loco*: 237. 282. die Förderen.

Prior (1) *antecedit posteriorem*; primus *extremum*q; Primates *occupantes* primarium *locum, tenent* primatum. Primores *dentes*, & primani *milites*, & primitiva *vocabula*, appellata *sunt*, quodlibet *in suo genere*.

Si quæris, quampridem *sit factum*? *quod* prisco *tempore fuit*, jampridē *præterijt*; pristina, *nupera sunt*, *non ita* pridem *facta*. Primitiæ *frugum offerebantur* primitus *Deo*, qvamprimùm

-itiæ,

-itiæ, (*arum*) *prima rerum, quibus fruu datur*: 945. die Erstlingen.

-itivus, *à quo reliqua oriuntur*: 678. Erst entstandene/ Ursprunglich.

inPrimis, 445. 791. zu Förderst/ zum Ersten.

Pridem [*q præ idem*] 947. 949. (lang) zuvor/ Längst.

QuamPridem? wie Lang zu vor.

JamPridem, Lang zu vor.

apPrim-us, 127. Fürnehmlichste.

-è, 884. Fürnehmlich.

QuamPrimùm, 886. So bald alß.

maturuerant, prius-qvàm *inciperet messu*.

Priscus & *Pristinus* V. Prior.

Prisma (*atis*) *vitrum trilaterum, oblongum, solidum*: 480. Dreyeckerglaß/ Zwerstück/ Speidel.

Prius V. Prior.

Priv-āre *aliquem re aliquâ*: einen eines Dinges berauben. [*à πρίω, secando divido*.]

-ātus (*re suâ*) 890. Beraubet.

(2) *publico munere carens*: 782. 883. ein unbeAmpter / vor sich selbst seyend / Absonderlich/ Eigen.

-ātim (& -āte) *pro se tantùm, separatim*: 726. 853. vor sich selbst / Absonderlich.

Privatus (2) *res suas agat* privatim *sed ita, ut nè alios rebus suis privet*.

Prīvignus (-a) *filius* (*a*) *mariti vel maritæ prioris*: 749. StiffSohn/ StiffTochter. [*q* Prægignus *i. e. priùs genitus, quàm pater vel mater novam duxit conjugem. Similiter G.* πρόγονος.]

Privilegium V. Lex.

Pro, *præpositio Ablativi, significat* (1) *finem, cui aliquid fit*: 64. 95. Für/ Vor.
(2) *vicem, cujus loco fit*: 938. An statt. (Nach.
(3) *modum, seu mensuram*: 212
Prout, Nach dem.

Quod emisti pro (1) *me solve pro* (2) *me, pro* (3) *ratione* (5) *precij: h. e. prout inter te & venditorem convenit.*

Pro (*vel* Proh) *interjectio*: Ach/ ô!

Proavia & *Proavus* V. Avus. *Probabilis* V. Probus.

Proboscis (*idis*) & Promuscis (*idis*) 174. Elephanten Schnautze.

Probr-um, *crimen turpe*: 777. Schand/ Schandthat. [*q.* perperum, *perperam factum.*] (fleck.
(2) *infamia turpis*: Schande/ Schäd-
-ōsus, 915. Schandbar/ Schändlich/ voller Schandfleck.
exProbr-āre, *probrum objicere*: 663. einem ein Schand für werffen/ auffRücken/ auffRüpffen.
-atio, 965. auffRückung/ das auffRüpffe.
opProbr-are, *idem quod* exProbrare.
-ium, *objectum probrum*: 915. ein Fürwurff/ eine zugemessene Schande/ Schmach.

Si vacas probro, (1) opprobrium *non erit tibi* probro (2): *ille potiùs* probrosus *fiet, qui tibi falsâ* exprobratione opprobraverit.

Prob-us, *à crimine alienus*: 687. Fromm/ Rechtschaffen. [*q.* Prohibus, *qui se cohibet à malo*: *aut à* πρέπον, *decens.*]
(2) Probus *nummus*, 418. Gutt-Gelt/ Bewährt.

Probus *es?* Probè *age, probitatemq; tuam semper factis* proba (1): *improbè fa*

-ē, Rechtschaffen/ Wol. (Vbel

.)(. imPrŏbè, 605. unRechtschaffen/

-ĭtas, 672. Frömmigkeit/ Rechtschaffenheit.

-āre, *aliquid esse probum* (1) *judicare*: 73. 587. für gut Achten/ Billigen.

(2) *experiri*: 531. verSuchen/ Probiren/ Prüffen.

(3) *ostendere*: 279. 692. beWären.

-ābĭlis, 569. beWärlich / der Warheit ehnlich (oder gemäß.)

-atus, 279. 830. beWärt/ geBilliget/ Versucht/ geprüffet.

-atio, 279. 828. 981. Billigung. (2) Versuchung. (3) beWärung/ Beweiß.

ap-(& com-) Probare, 976. 721. sehr Billigen/ beWilligen/ Ihme belieben lassen/ beKräfftigen/ Gutt heissen.

-us, 826. Vnrechtschaffen/ unBillig.

imProb-are, 721. unBilligen/ mißBilligen.

-ābĭlis, unbeWärlich/der Warheit ungemäß

-itas, 433. Gottlosigkeit.

reProb-āre, 256. alß unbeWäret (auff der Prob nicht bestehend) verWerffen.

-us, verWorffen/ & verWerfflich.

(2) *Tr.* 418. Falsch.

Eta nunquā proba (1) *Siquidaudis*, *quod* probabile, *vel* improbabile *videri possit*, *ne illico tanquā* improbū improba, *aut tanquam* re probum reproba; *sed* proba (2) *prius*, *an verū sit*: *cumq;* *fuerit* probatum, approba, & *ut alij q̃voq;* cōprobent, *cura*.

Prŏc-āre (& -āri, & -īre) *idem quod* Provocare, poscere: Bitten/ Begehren. [à Pro cio.]

(2) *In sp. virginem nuptum poscere*: 738. Freyen/ Werben.

-us, *matrimonij appetitor*; Freyer/ Werber. -32.

Procus procat *honestè*, *ut si* reciprocus *sit amor*, *ipsa amoris* reciprocatio *cōciliet matrimonium*

-ax, *qui impudenter procat*: 644. ein frecher Freyer.

(2) *in genere, qui impudenter agit*: Frech/(mit der Zügen und Geberdẽ.)

-ăcitas, 627 Frechheit/

Rĕciprŏc us, *refluus, retrò means*: wiederKehrig.

[*q. reciens procus.*] (lich.

-e, *redeundo eòdem*: 48. wiederKehrig

-āre, *redire aut remittere aliquid eò, unde prodijt*: wiederKehren/ seinen weg Gehen.

-ătio, wiederKehrung.

Procax *autem ipsâ* procacitate *suâ exosum se reddit, ut amor* reciprocari *non possit*.

Procella V. Cellere

Procĕres (*um plur. m.*) *lapides vel trabes è pariete prominentes*: 407. Kragstein / Balcken-Köpffe. [*quia se* pro gerunt: *sed & H. est* Korah, *tignum, trabs.*]

(2) *Tr. primarij in Civitate & Regno*: 873. die Fürnehmsten/ fürnehme LandsHerren/ LandsStättẽ.

Prŏcĕr-us, *qui in altum excrevit*: hochgeWachsen/ hoch auffgeSchossen. [*à* proecrescendo, *an à Pro, &* κηρος?]

-è, Höchlich/ Hoch.

-ĭtas, 83. Wachsungs höhe.

Prŏcestria, (*orum*) *V. Castra.*

Procire V. Procare.

Procul, *nota loci remoti*: Weit / Fern. [*q.* πόῤῥω *oculis, h. longè ab oculis.*]

in sp. (1) *a quo quid venit*: 61. von Ferne/Weither. (Deprocul *Plaut.*)

(2) *quò*

Qui procul (1) *venit nō est* procul (3) *nobis, sed qui* procul (2) *abijt.*

(2) *quò abit*: in die Ferne / Weit hin.
(3 *ubi est*: 726. in der Ferne/ Weit võ uns.

Proculcare, V. Calcare. *Procumbere* V. Cubare. *Procus* V. Procare.

Prōdigi-um, *portentum ominosum*: 983. Warnungs Zeichen/ Wunder Ding. [*quod se prodigit seu* prodigit: vom her-für thun.]
-ōsus, Wunder bedeutend/ Wunderlich.
-osè (& -ālĭter) Wunderlich.

Loco prodigiorum, sæpè nobis prodigiosa mendacia narrantur, prodigiosè *ficta*

Prodigus V. Agere. *Prodire* V. Ire *Proditor* V Dare.

Prodrŏmus, *præcursor prævius*: vor Lauffer. [προδρομος. *id. quod ex* πρὸ. *præ*, & τρέχω, *curro*.

Profanus v. Fanum, *Profectò* & *Profectius* v. Facere. *Professor* v Fateri. *Proficisci*, v. Facere. *Profiteri* v. Fateri. *Progener* v. Genus. *Progenies* v. Gener.

Prognos-is, (πρόγνωσις) 805. Anzeigung.
-ticon [προγνωστικὸν] *L. præscitum*: 598. vorhe Sagung.
Prognostica (*ars*) 537. XL. vorwissenheit Kunst/ Wahrsager Kunst.

Proh! *interjectio*: Ach.
Proh dolor! 958. Leyder/ Gott sey es geklaget.

Prohibere v. Habere. *Projectura* & *Projicere*, v. Jacere. *Prolatio* v. Ferre.

Prolepsis 687. [πρόληψις] *L. Præoccupatio.*

Proles & *Proletarius* v. Olescere. *Prolicere* v. Lacere. *Prolixus* v. Laxus.

Prologus, [πρόλογος] 841. *præloquium, præfatio*: eine vor Rede.

Promere, v. Emere *Promissio* v. Mittere. *Promontorium* Mons. *Promtus* v. Emere. *Promulgare* v. Vulgare, in Vulgu *Promulsis* v. Mulsum, in Mel. *Promuscis* v. Proboscis.

Prōn-us, *in anteriora propendens:* für sich geneiget. [πρηνὴς & πρηνὴς, *id.*]
(2) *facie deorsum jacens:* 306. unter sich gewendet / aufm Bauch.
-ĭtas, *propensio, aut cubitura talis:* zuNeigung / unter sich Bückung.

Propagare & *Propago* v. Pangere. *Propalare* v. Palam. *Propatulus* v. Patulus in Patere.

Prŏp-e, *nota vicinitatis* 50. 203. 425. 865. Nahe bey. [q. pro pede.]
(2) *sine casu est adverb.* Nahe / in der Nähe / vor der Nähe.
-ĕdiem, *V. Dies.*
-ĕmŏdum, Bey Nahe.
-iùs, 898. Näher bey. (Näher.
-ior, (-ius) *magis propè existẽs:*
Proxĭm-us, *maximè prope:* 50. 115. der Nächste.
(2) *nominaliter:* NebenMensch
-è, 701. Nähst bey / am Nähsten (oder Nechsten.)
-ior, 674. Nähere. (hen.
-āre, Nähern / sich Nahen / herzu Na-
-ĭtas, *rei cum re conjunctio:* die Nähe.
(2) *propinqua cognatio:* Nahe verwandschafft. (Nahe
Prŏpinqv-us, *qui prope est:* 30. 480.
-ĭtas, *idem quod* Proximitas.
-āre, (& apPropinqvare) *idem quod* Proxĭmāre.

Luna prope (1) *terrā est* (*longè* propior *quàm Sol*): *nec tamen tā* propinqua, *ut Vulgus putat. Quippe cum* proxima (1) *est, in illa ipsa* propinquitate (proximitate) *multa milliariū millia ab est:* & *tamen* propè (2) *spectata,* prope (3) propemodum) *terrea esse appareret; præsertim dū terra* appropinquat. *Te a*proximare proxĭmis (2) *per charitatē jussit Deus*

 -atio

-atio, 28. die Näherung.

Propempticum, 698. Reisegedicht / Vater Lied.

Propendulus & *Propensio* V. Pendere.

Proper-are, *celeriter ire*: 998. Fort Eilen / Fertigen. [*à G* προπορεύω, *procedo, porro tendo.*]
-ans (& -us,) Fort eilig / Eilende.
-antia (& -atio) Forteilung.
-è (& -atò, & -anter) Eilends / in Eil.
apProperare, herzu Fort Eilen.
deProperare, (*aliquid*) Eilends fort stellen / Eilends fertigen.
imProper-are, *aliquo festinare*: 663. Eilen hinein.
(2) *exprobrare* (*q. à probro*) Schmähen.
Hinc imProper-ium *probrū*: Schmach (*s a v. apud Ecclesiasticos scriptores*)
præProperus, *nimis properus*: 612. allzu Eilend / sich über Eilend.

Propera properè, *ubi* properantiâ opus est. *Nec tamen sis* præproperus, *ne res nimis* de properando *perdas*, *justumq;* improperiū *merearis*.

Prophet-a, (*æ, m.*) *qui futura profatur*: 573. 949. ein Prophet. [προφήτης: *à* πρόφημι, *prædico*]
-is (& -issa) *fæmina propheta*: eine Prophetin.
-ia, Prophecey / Propheceyhung.
-issare (& -izare) Propheceyen.
-icus, Prophetisch.
-ica (*Theologia*) 718. Predig Theologia.
Pseudopropheta, 946. ein falscher Prophet.

Prophetæ, & Prophetides, *afflatur* prophetico *spiritu*, & prophetissant: *sed* prophetias *interpretatur eventus*.

Propi-

Prŏpin-āre [προπίνειν] *L. præbibere: 857.* Zu Trincken/ vorTrincken/ zuTrincken geben.
-atio, 861. zuTrinckung.
-ator, zuTrincker.

Propinqvus & *Propior* v. Propè.

Prŏpiti-us (*alicui*) *clementer favens* 992, (einem) Gnädig/ geNeigt. [*q.* propè itans.]
-āre (& -āri) *propitium reddere:* zur Gnade Neigen.
-ātōrium (*s. a. v.*) *locus ubi propitiatur Deus:* Gnadenstuel.

Vt habeamus propitiū *Deum*, propitiandus *est fide ac pænitentiâ, in cœlesti* propitiatorio

Prŏpola (*æ, m.*) *qvi merces præmercatur, ut pluris vendat:* 796. vorKauffer/ für Kauffler. [*ex* πρὸ & πώλης, *venditor.*

Proportio v. Portio. *Propositum* v. Ponere.

Propri-us, *non alienus:* 29. 541. 592. 595. Eigen/ Eigenthumblich. [*q.* Pro privus.]
)(imProprius, unEigentlich/ nicht Eigen.
-è, Eigentlich.
-ĕtas, Eigenschafft. (besitzer.
-ĕtārius, 710. Eigenthumblicher

Qvicquid est, propriam *suam naturam*, proprietatesq; *suas, habet. Qvod extrinsecus venit*, improprium *est; cujus* proprietari⁹ (propriè *loqvēdo*) *nemo esse potest.*

Propter, *nota causæ, ob quam quid fit:* 425. 432. 446. vonWegen/ umbWillen.
Quapropter, eapropter: 975. derentWegen/ deßHalben.

Propudium V. Puder. *Propugnaculum* V. Pugna. *Propulsare* V. Pellere.

Prōr-a, *pars navis anterior:* 447. 449. Biet/Schiffs förder theil. [πρῷρα: à προορᾶν, *prospicere*]

-ēta & -eus; πρωρεάτης, & πρωρεὺς) qui in prora consistēs scopulos prospectat: 449. Schiffsweiser.

Prorıpere V. Rapere. *Proritare* V. Ritare. *Prorsus* V. Vorsum in Verrere.

Prorsus (*a, um*; & Prōsus, *extritor*) 481. 745. 951. Schlecht für sich hinGehend: Durchauß.

Prōsāpia, *longa progenies, gentis series*: Gesippschafft/ urAlter Stamm oder Geschlecht. [*ab H.* Schaphah, *unde* Mischpaha, *familia, genus*.]

Prōsēlytus [προσήλυτος] ein newer Glaubensgenoß.

Prosilire V. Salire.

Prosopopœia, *personæ fictio*: 687. Persontichtung.

Prosopolepsia, 790. Ansehen der Personen.

Prospectus & *Prospicere*. v. Specere

Prospe-r (*rariùs* Prospĕrus) *cui pro spe & voto succedit*: Glückhabend/ Glückhafft/ Wolfahrend. [*Ergò à* pro & spero: *alludit tamē G.* προσφερής. *commodus, utilis*.]
(2) *prosperitatem ferens*: 636. Glückbringend/ Glücklich.
-rè, 499. Glückhafftig.
-rītas, Glückhafftigkeit/ Wolfahrt.
-rāre. Glückhafft machen.
imProsp-er, unGlückhafft.
-ĕrè, 720. unGlückhafftig.

Prosper (1) *est, cui* prospera (2) prosperè *eveniunt, & qui optatâ* prosperitate prosperatur. Improspero (*ut cedunt omnia* improsperè.

Prostibulum & *Prostituere* V. Statuere. *Protelare* V. Telum.

Prōterv-us, *famam & bona alterius ali-*

Protervus *agit* protervi,

us alias licentiose proterens: Frevelhafft/ Meisterloß [*à* protero.]
-ia (& -itas) *talis petulantia*: 830 Frevel.
-è (& -iter) *per protervia*: 651. Frevelich.

ter, protervæ q; *fuit panā*

Protinus V. Tenus. *Protoplastes* V. Plasma. *Protritus* V. Terere

Provinc-ia, *Romanis fuit regio extra Italiam, bello acquisita*: 871. ein erobertes Land. [*q.* procul victa.]
(2) *nobis regio quævis, pars regni*: ein Land/ Landschafft.
-iālis, 877. 971. ein frembdländischer / (2) Land- oder Landes- Landsaß.
-iātim, von einem Land zum andern.

Italicus, an provincialis (1)? (*Pls.*) *etiam in eodem Regno* provinciæ (2) *limitibus discriminantur*, provinciatim *ut* provinciales (2) *continveantur in ordine*.

Proximus V. Prope.

Prud-ens, *circumspectè agens*: 218. 607. Klug / Gescheid / (vorsichtig) [*contr. ex* Providens: *vel à* Φρόνις.
-enter, 636. Klüglich / Gescheidentlich / vorsichtiglich.
-entia, 432. LXII. 608. 675. 707. Klugheit/ Gescheidenheit/ vorsichtigkeit.
imPruden-s, unGescheid/ unvorsichtig.
-tia, unGescheydenheit/ unvorsichtigkeit.
-ter, unGescheydentlich/ unversichtiglich.

Prudens *agit omnia* prudenter, *eoq;* prudentiæ, *laudem habet*. Imprudens imprudenter *in negotia ruit*, imprudentiâq; *suâ intricat se & alios*.

Pruīn-a, *ros congelatus*: Reiff. [*à* πρωϊνή, *matutina*: *plerunq; enim manè cadit*.]
-ōsæ (*herba*) beReiffet/ voll Reiffes.

Prūna, *candens carbo*: Glut/ Glüende Kohle. [*à* πυῤῥόν, *ignitum*.]

Prun-

Prūn-um, Pflaum. [προῦνον]
-um cereum. Spilling.
silvestre (*prunellum*) Schlee.
-us (*i, f.*) *arbor*: Pflaumbaum / Spillbaum / Schleestaud.
-ellus, 101. Schlenbaum.
-étum, Pflaumgarten.

Prunus *fert* pruna, *vel* pruna cerea, (*quorū causa adi* prunetum) prunellus *prunella ferens, in agro est, aut in silva.*

Prūr-īre, *morsu humoris subcutanei uri*: Jucken. [*q. Peruri.*]
-ītus (& -īgo) das Jucken.
-īginōsus, Juckhafftig.

Prurit *molesto* pruritu pruriginosa *cutis, sed quibusdam* prurigine *afficitur animo.*

Prytaneum 853. [πρυτανεῖον] Herren stube / Gülde / Junckerhoff.

Psal-lére, *canere fidibus*, auf der Harpffe spielen. [ψάλλω]
(2) *in genere*, Singen.
-mus, 960. Harpffengesang / Psalm.
-tes (*is, m.*) *cātor*: Harpffe Spieler / Harpffen Schläger / Psalm singer. (buch.
-tērium, (2) ein Harpff / Psalter / Psalm-

Psaltes psallit psalmos è psalterio.

Psittăcus, *avis indica, colore plerunq; viridis, vocis humanæ imitatrix*: Papagey. [ψιττάκη]

-pte, *adjectio, notans aliqvid fieri per se non per aliud*: Selbst. [*à* πτε; *qvod ex* πολὶ]
Meâpte *voluntate*: Auß mein selbst willen.
Tuâpte *causâ*: umb dein selbst willen.
Suopte *ingenio*: auß eigenem Witz.

Ptisan-a, *contusum frumentum*: 353. Gries / Graupen. [πτισάνη: *à* πτίσσω, *tundo, decortico.*]

-aria

-aria (*scil. ars*) Graupen (Grütz) macher handwerck.
-arium, 352. Graupen Muß

Ptochodochium, Armer leute Spital/ Armenhauß.

Pūb-es, (*is, f.*) *idem quod inguen:* Schos Scham. [ἥβης] *Hinc Pubertas.*
(2) *primæ adolescentiæ pili*: die erste haar [am bart und sonst.]
(3) *multitudo juvenum.* Hauffe junger gesellen.
-ens (& -er, ĕris) *pube vestitus*: 196. 709. erWachsen/ Mündig/ Mannbar.
(2) *tr. pubentes herbæ*: erwachsen vollkomen.
-ēre (& -escĕre, ἡβάσκειν) *pube malas vestire*: den ersten Bart gewinnen/ Mündig (Mannbar) werden.
-ertas, *pubescentiæ ætas*: das Mannbare alter / Mannbarkeit/ Mündigkeit.
im-Pūber, (*vel* -Pūbis,) *nondū puber*: 196. 709. unMündig/ unMannbar.
rePubescere, *ad pubertatem redire*: wieder Jung werden.

Quibus malæ pubescūt, & *circa Os* pubis (1) *erūpit* pubes (2) *fiunt ex impubibus* (1) puberes: (*sed* puberenus *detegi, turpe est.*) Impuberibus (2) *apud Romanos non permittebātur arma: post annos* pubertatis *omnis* pubes (3) *arma induebat, necessitate flagitante, senes enim* repubescent.

Public-us, (*a, um*) *cujus usus communis est non privatus*: 341. 775. 776. 781. [*q. populicus.*]
[*quod coram populo fit.*]
(2) 776. Offentlich.
(3) -a Persona, Beampter.
-è (-ĭus) *vulgò, palàm*: 739. von der Gemein wegen.

Publica (1) *negotia non semper expedit esse* publica (2) *h. e. fieri* publicitus, (2) *etsi amsi* publicè (1) *profutura*

(2) Offen-

(2) 776. 853. Offentlich.

-āre, *publicum facere* : 836. Gemein machen/ Preiß geben.

(2) *in publico promulgare* : Offentlich ankündigen/ lassen auß Gehen.

-anus, *qui publico reditu fruitur certo pretio*: 874. der die Gemeine Renten (oder Zoll) an sich erkaufft : ein Zöllner.

ra sunt : publicantur 2) *tamen suo tempore*. Publicani *privata commoda quærunt*.

Pŭd-et (*me*) *metus turpitudinis confundit* : 605. ich Schäme mich. [*ex G.* αἰδὼς, *pudor* : ἐπαιδοῦμαι, *pudet, erubesco*.]

-ens (-icus, & -ibundus) *quem alicujus rei pudet* : 627. Schamhafftig/ Züchtig.

-enter (& -ice) 737. Schamhafftiglich.

-endus, *cujus pudere debet* : 725. Schambar.

-īcitia, *ob turpitudinem erubescentia*: 625. 941. Schamhafftigkeit.

-or, *animi præ turpitudine rubor* : 210. Scham.

-ĕfacĕre, *pudore afficere* : 653. Schämen/ zu Schanden machen / beSchämen.

-ĕfiĕri, *pudore confundi* : beSchämet werden/ zu Schanden werden.

déPŭdére, *pudorem abjicere* : sich auß geSchämet haben/ Sich verSchämen.

disPudere, *vehementer pudere*: Sich (sehr Schämen.

subPudere, *parum pudere* : sich ein wenig (Schämen/

Pudicum *hominem* pudet *aliquid* pudendum *loqui* : *patrare autem* impudica *prorsus* dispudet. *Imò quia* pudibundus *est*, *si vel alios videat* impudenter *agere*, *illum sua* pudicitia *mox* pudore *suffundit*.

Impudens *contrà*, *qui*, *a semel* depuduit, *tantâ* impudentiâ *est*, *ut nunquam* pudefiat. *Sed in ejusmodi* propudia, *pro*pudiososq; *homines*,

mPŭd-ens (& -ícus) 835. unverSchämt / unSchambar.

-enter (& -icè) unverSchämter weise / unverSchämtlich.

-entia (& -īcĭtia) unverSchämte weise/ unverSchämtheit/ unzucht.

roPŭdi-um, *à quo pudor procul est*: 625. Schandbalg.

-ōsus, 765. Schändlich.

prorsus fuge: de quibus loqui etiam suppudeat.

Pu-er, *homo ab infantia ad pubertatem tendens*: 196. 585. Knab. [*ab H.* Bar, *idem.*

-ĕrŭlus (-ellŭlus & -ellus) Knäblein.

-ĕrŭla (& -ella) 197. Mägdlein / dirne.

-ĕrílis, Knäbisch/ Kindisch.

-ellāris (& -ellārius) den Mägdlein zuständig.

-ĕrīlĭter (& -ellārĭter) auf Knäbische (oder Kindische) art.

-ĕrĭtia, *puerilis ætas*: 199. Knabschafft / Kindheit.

-ĕrīlĭtas, *pueriles mores*: 850. Knäbische (oder Kindische) art/ Kindischheit.

-ĕrascĕre, 198. zum Knaben werden/ zum kinde werden.

Puerascere, 199. wieder zum Knabe (Kind) werden.

Pueri puerilia *tractant*. pueriliter *lusitant*. *Habent* & puellæ puellares *lusiones suas*. *Sed ó quam sæpe viris adhæret, non* pueritia, *sed* puerilitas!

Infantes semel puerascunt, *senes* repuerascunt.

…erpera v. Parere. *Pugil* & *Pugillares* v. Pugnus. *Pugio* …ngere.

---

ugn-a, *pugnorum consertio*: 896. 902. das Faust-streiten. [*à* Pugno.]

(2) *quævis concertatio*: 176. Streit.

-are,

Pugnarum *mundus plenus est*: *omnia sibi con-*

-āre, *pugnis, vel armis, concertare*: 571, 688. 847 896. Streiten.

-ax, *pugnare avidus, & gnarus*: Streitbar.

-āciter, Streitbarlich.

-ator, Streiter/ Kämpffer.

dePugnare, *idem quod* Pugnare.

exPugnā-re, *pugnando capere*: 903. 909 erStreiten/ erObern/ (geWinnen.)

-tio, erOberung.

-bilis, *expugnatu possibilis*: erStreitlich/ (Gewinnlich.)

.)(. inexPugnabilis, 915. unerStreitlich/ (unGewinnlich.)

imPugnare, *pugnâ impetere*: anStreiten/ anFechten.

opPugna-re, *pugnâ opprimere velle*: 806. 908. beStreiten/ beKriegen/ Stürmē.

-tio, beStreitung/ beStürmung.

-tor, 904. beKrieger/ beStürmer.

proPugnā-re, *defendere*: 908. verFechten/ verTheidigen.

-cŭlum, *murale defensorium, ex quo Urbs oppugnatur*: 907. Pasteÿ/ Bollwerck.

rePugnare, *pugnâ resistere*: 646. wiederStreiten/ wiederStreben/ wiederFechten.

traria pugnant *contra se* pugnaciter. *Miles* pugnax impugnat *hostē vel* oppugnat *arcē, donec* expugnet, *si modò non sit* inexpugnabilis. *Sed* oppugnati oppugnationi *resistentes, & pro sua salute* depugnantes repugnant, *locumq́; suum è* propugnaculis propugnant.

Pug-nus, *volæ digitorumq́; complicatio*: 213. 847. 849. Faust. [*ex G.* πυγμὴ, *pugnus.*]

Pŭg-illus, *parvus pugnus*: 526. 813. Fäustlein/

Pugno *comprehendimus quicquid* pugillare *est*; *ut* pugillaria, *dum illu ali*

Fäuſtlein/ kleine Handvoll/ (was zwiſchen drey Finger genommen wird.) (gen.

-illare, *pugnis pugnare* : mit Fäuſten ſchla

-illaris (& -illatorius) *quod pugnum implere poteſt*: 849. Fauſt groß Händ

-illar (& -illares, & -illaria) *tabella in quibus ſtilo ſcribimus*: 725. Handtäffelein / Schreib Taffeln [*quod* pugno *comprehendantur.*]

quid inſcribimus. Pugiles *olim* pugillabant: *poſt* pugillatus *armorum capit.*

Pŭgĭ-l (*ilis*) *qui pugno certat* : 847. Fauſt Fechter.

-lare, *pugnis certare* (*obſol.*) Fechten.

-latus (*us*, & -latio) *pugilum exercitium*: 842. Fechterey/ das Fechten.

Pulch-er, *formoſus*: Schön. [*ἀπολύχεροος, multicolor.*]

-rè, 671. 728. Schön.

-ellus, 139. Schönlich.

-ritúdo, die Schöne/ Schönheit.

Cui non placent pulchra? *ſed Virium* pulchritudo *Virtutis tam* pulchrè *efficiat; quam ea, quæ* pulchella *videntur oculis!*

Pūl-ex (*icis.*) *pediculus niger, ſalax*: ein Floh (oder Floch.) [*φύλλος*]

-icōſus, Flöhicht.

Pull-us, *jumenti editus fœtus*: ein Füllen. [*G. πῶλος. idem*] *Hine*

Pullini *dētes, quos primū equi jaciunt.*

(2) *avium fœtus* : 136. 264. 317. Keuchlein. *Vnde.*

pull-eſcens *ovum, quod animari incipit*: eine Brüt Ey/ angeBrüttet Ey.

-aſter, 146. ein Hünlein.

Ætatem pulli *equini, (& aliquandiu ipſius equi) agnoſcunt ex dentibus* pullinis. Pulleſcens *ovum edit* pullicenum; *ex hoc autē fit* pullaſter; *tum*

-ities, 139. ein junge Zucht.

-icenus, ein gar klein Hünlein.

(3) *planta surculus, stolo*: ein junger Sproß. *Hinc*

Pullŭl-us, *idem*.

-āre (& ascēre) 143. 371. außSprossen.

-ātio, außSprossung.

rĕPullŭlāre, 325. wieder außSprossen / wieder außSchlagen.

gallina, hinc nova pullities. Arbores pullulant; & repullulāt dum a radice novas plantas emittunt.

Pull-us (*a, um*) *colore obscurus*: Dunckel / Erd-Farbig. [*ex G.* πελὸς.]

-ātus, *pulla veste indutus*: 866. Dunckel gekleidet / Leid Tragend / Schwartz bekleidet.

-ĭgo (*inis, f*) *pullus color*: Dunckelfarb.

Pulmentum V. Puls

Pulm-o (-*ōnis, m. & sæpius* Pulmones) *respirationis follis*: 229. 248. 249. 305. die Lunge. [*G.* πνεύμων *Att.* πλεύμων]

-ōnārius, *qui laborat pulmonis morbo*: 348. Lungensüchtig.

-ōneus, *pulmoni similis*: Lungengleich / Schwammicht.

Pulmone *laborans*, pulmonarius *est*: pulmonea *pyra bene sapiunt*.

Pulp-a, *portio carnosa in animalibus & fructibus*: 108. dz Fleischichte.

-āmentum, 855. Fleischgenuß.

Lepus de se prabet pulpamentum, *à lumbis*.

Pulpitum, *locus in scena editior, ubi Comœdia recitatur*: 502. erhöhete Büne. (2 *Oratoris aut doctoris statio*: (LehrStul. Predig Stuel / [*à* βολβὸς, *tuber, eminentia.*]

Pul-s (*tis, f.* -ticŭla,) *alica, crimnum, vel etiam ptisana cocta*: Muß/ Brey. [*πολτὸς, idem.*]

-mentum (& -mentārium) 488. 858. *idem.*

-mentāris olla (& *subst.* Pultārius & -um) MusTiegel/ BreyPfanne.

Puls (*seu* pulmentum) *coquitur in* pultario, *h. e.* pulmentari *olla.*

Pulsare, & *Pulsus* V. Pellere. *Pulvinar* V. mox Pulvis

Pulv-is (*eris. m.* -iscŭlus:) *aridæ terræ minutia*: 57. 61. 480 Staub [à Pello; *quod vero pedibusq; pulsetur*]

Pulvis nitratus, 897. BüchsePulver Pulver.

(2) *medicamentum in farinam redactum*: 817. Pulverlein.

(3) *pluma mollior*: Pflaum Federn.

-ínar (*āris, n.*) *lectulum plumis fartus*: 469. Pfül/ Küssen/ Polsterlein/ (Pflaum Feder) Beth.

-īnus (-inŭlus & -illus) 225. 470. *idē.*

(2) *terra in horto ad pulvinaris formam demensa pars pro seminibus serendis*: ein Bät.

-ĕrāre, (& disPulverare) *in pulverem redigere, & pulvere spargere*: Stauben/ zerStauben.

-ĕrātio, Staubung/ zerStaubung.

-ĕreus (& -ĕrŭlentus) Staubig/ voll Staubs.

-erulentus fungus, 82. BubenFist/ Pfist/ Pulverschwamm.

Pulvis (1) *in Via facit* pulverulentū *iter.* Pulvisculus (2) *assumitur in potione.* Pulvinaria *sunt in lecto.* Pulvini *in horto; quorum gleba dum occasione* dispulverantur, Pulveratio *accurrit.*

Pūm-ex (*icis, m. f.*) *lapis spongiosus ad læviganda corpora*: 72 Bimsen Stein/ Reibstein (*q. Spumex, detracto S: creditur enim è spuma maris lapidescente fieri.*)

-ĭceus, vom Bimsenstein/ Bimsen Steinin.

-ĭcōsus, *rarus & spongiosus*: Bimsenstein gleich/ gelöchert.

-ĭcāre, *pumice lævigare*. (mit Bimsenstein) reiben.

Pumice pumicamus *cutem in balneo*: pumicosum, *est foraminosum*; pumicei *oculi vocantur, è quibus lacrymam elicere non licet*.

Pūmil-io (& -us, & -ius,) *staturâ perexiguus*: 316. ein Zwerch. [πυγμαῖος]

Pun-gere, *aculeo ferire*: 311. 899. Stechen/ anStechen/ Picken. [*ex H.* ibchah, *cuspis, mucro.*]

-ctio (-ctiuncŭla *dim.*) das Stechen/ der Stich.

-ctus (& -ctum) 516. 517, 520. 542. Stich/ Punct/ dupff.

-ŭlus, Pünctlein.

-ctūra, das durchstechen / durchstreichen.

-ctim, 293. Stich weise/ mit Stechen.

Pūgio (*ōnis*) *gladius aculeatus, quò pungimus*: 899. Stecher/ ein Dolch/ Stilet.

comPun-gĕre, 157. beStechen / beStipffen

-ctio (& -ctiuncŭla) 258. zerStechen.

disPungere, durch Streichen/ außStechen.

exPungere, *puncta extergere*: 660 auß Streichen/ außleschen.

interPungere, 76 (mit Streichen) (den unterschei-

rePungere, wiederumb Stichelen.

Pungunt *se pugione pugiles, cùm punctim vulnerare volunt. Sed orthographus sermonem* interpungit punctis puncturis expungit *debitoris nomen creditor: aut dispungit si plura sunt*: *scommate* compunctus *joculator*, repungit.

Pūnĭceus *color*, *purpurâ floridior*, *rubens*: 266. Scharlachroth. [φοινίκεος]

Punicum (*malum*) Granat Apffel.

Punire v. Pœna. *Pupilla* v. Pupus.

Puppis, (*is*, *f*.) (*posterior pars navis*: 447. 449. Schiffs hindertheil) der Schnarren.

Pūp-us (-ŭlus, *dim*.) *parvus puer*: ein Bub/Büblein.

-illus, *idem*. (2) *orphanus*: 709. 757. 777. ein Waise/Weislein/Mündlein.

-illāris, *ad pupillum pertinens*: dem Waislein zuständig.

-a, *puella parva*: 197 ein Mägdlein.

(2) *talis imaguncula lusoria*: 748. Pöpgen (oder Poppichen) Tocke/Tockenbild.

-illa (& -ŭla) 205. Töcklein.

(2) *Tr. nigrum oculi, imaginē recipiens*: 205. Augapffel/Stern im Aug

Pupus (pupillus 1) pupillus (2) *miser est*: pupillaribus *bonis abstinendū est*. Pupæ (1) *ludunt* pupis (2). Pupilla *oculi* (2) *ostentat rerum* pupillas (1)

Purgare V. Purus.

Purpŭr-a, *murex concha*: 127. Purpur Schneck. [πορφύρα]

(2) *ejus sanguis*: Purpur farbe/Purpur röthe. (kleid.

(3) *vestis purpurâ tincta*: Purpur

-ātus, *purpurâ vestitus*: mit Purpur bekleidet. (roth.

-eus (*color*) 127. 266. Purpur. Purpur

āria officina: Purpur färberey.

-issum (& -issa) *spuma collecta ex effervesc-*

Purpura (1) *in mari est*: purpurâ (2) *tinguntur panni*; *fiuntq́3* purpurei *colores*, in purpuraria *officina*: purpurâ (3) *superbiunt* purpurati. Purpurisso *fe-*

effervescente purpura : Purpur Schaum/ Schmincke.

-issare. *purpurisso inficere* : (mit Purpur) mahlen/ Schmincken.

-āre. *purpuræ colorem habere* : wie Purpur glänzen.

-ascere, *purpureum fieri* : Purpur farbig werden.

ciem purpurissant *feminæ, ut* purpurascant, *ac* purpureut.

Pūr-us, *à sordibus liber* : 67. 246. sor, Rein. [*ex H.* Bar, *purus* : *vel ex* πυρόω, *igne expurgo, candefacio.*]

Puruspurus: 413. gar Rein / Lauter / ohne Zusatz.

-è, (& -iter) 689/ Reinlich.

-ĭtas, 966. Reinligkeit.

imPūr-us, unRein/ (unZüchtig.)

-è, unReinlich

-ĭtas, 244. 413. unReinligkeit.

dePurare, (& Pūrificāre) 65. 234 243. Reinigen.

Purgāre, *idem*. 98. 367. 424. (2) *verrere* : Fegen. *In sp.* 870. Purgiren.

-men (& -mentum) *sordes quæ ex re impura repurgatur* : 837. Außfegig/ Wust den man auß Feget.

-tio, Fegung. (2) *in sp.* LeibsFegung/ Pargation/ Purgirung.

de- (& ex- & re-) Purgare 325. 336. außFegen/ Purgiren.

perPurgare, 440. durch Reinigen/ durch Fegen/ wol außFegen.

Purum *est*, *quod suam* puritatem *purè servat* : purificatum, *quod ab* impuritate *sua diligenti* purgatione repurgatum *est*, *rejectis* purgamentis.

Pū-s (rĭs, n.) *putris sanguineus humor*: 294. 820. Eiter. [*πύωσις, suppuratio, putrefactio.*]
-rŭlentus, 305. Eiterlicht/ (oder Eiterig.)
supPūr-āre, 294. Eiterig (oder unter Köthig) (werdē
-atio, 295. Eiterung.

Pus, ex ulcere purulento, *postquā* suppuravit, *exprimitur.*

Pūl-io (& -us) *antiquis puellus*: 746. Büebigen/ kleines Knäblein. [*ex G. παῖς, puer; vel ex παίζω, ludo.*]
(2) *in gen.* 746. ein Kind.
-illus (*a, um*) *parvus ut pusio*: 479. sehr Klein.
-illānĭmis (*s a v.*) *animo pusillus*: Kleinmüthig.
-illanimĭtas (*s. a. v.*) KleinMüthigkeit.

Pustŭl-a (& Pūsŭla) *tuberculum purulentū*: hitz Blatter/ Eiter Blatter.
(2) *vesica pedis ab attritu viæ*: Blase.
(3) *vesica cutis ab adustione*: 293. ein Blatter.
-ātus (& -ōsus) Blatterlicht.

Putamen V. mox Putare.

Pŭt-āre, *plantam à superfluis virgultis purgare*: 267. 291. 324. Schneiteln/ beSchneiden. [*à φυτὸν, planta.*]
-āmen, *quicquid amputatum est*: 115. abSchnitz.
(2) *quarumvis rerum tegumina*: Schalen/ Schelffen.
-atio, das Schneiteln der Baum und Reben.
-ator, ein Schneitler der Baume/ Wintzer.
-ātōria *falx*, Baum- (oder Reb-) Messer.
amPŭtāre, 324. abHawen/ abSchneiteln.

Putator, putat putamina *arborum* (1) *tempore* putationis, *falce* putatoriâ *inde* amputans, & exputans, *ut Arbores* interputatæ, & supputatæ, *felicius cres cant. Sed Judæi*

dePutare, 637. beSchneiden / beSchneiteln.
exPutare 324. außSchneiteln/ außHawen.
interPutare, erSchneiteln/ erHawen.
opPutare, umbSchneiteln umbHawen.
supPutare, unten abSchneiteln.
præPŭtium, *pellicula membri pudendi, Judæis præputari, h. e. præsecari solita*: 939. ein vorHaut.

Judæi in Circumcisione præputium opputant.

Put-āre, *existimare, opinari, sperare*: 128. 291. 581. 839 Meynen/ dafür Halten. [ἀπείθω. *spero, credo, persuadeo mihi & aliis.*]
Puta, *i. e. intellige*: 338. 870. 883. 951. Verstehe Nemlich.
dePutare, bey seiner Meynung bleiben.
rePutare, seine Meynung wol bedencken.
disPŭtā-re, *dispositis rationibus opiniones examinare*: 726. unterschiedliche Meynungen gegeneinander halten / Disputiren.
-tor (-trix) 589 Disputirer (-in)
-bĭlis, 589. Disputirlich.
-tio, 589. Disputir Rede.
com- (& sup.) Putare, *numeros, rationes*: 512. 564. 954. außRechnen/ überSchlagen/ zusammen Rechnen.
comPutus, (*i*, & *ūs*) 551. außRechnung/ über Schlag.
inexPŭtabilis (*numerus*) unaußRechlich.
imPutare (*alicui culpam*) *putare illi esse assignandā*: 663. zuRechnē/ zuMessē.

Logicus putat *se non falli, cum rationes suas* reputando, *sic vel sic* deputat: *multo minus Arithmeticus, cum numeros* supputat, & cōputat. Disputator, *de re* disputabili disputās, *nihil irrationabile aliis* imputet.

[P]ūt-ēre, *malè olere*: 260. übel Riechen. [ἀπὸ πύθω, *putrefacio*.] -ĭdus (-idŭlus, & -idiuscŭlus,) 260. übel Riechend / Stinckend. -or, 260. übel Geruch. -ōrius, ein Jltis oder Jltes.	Putida *palus* & putorius, *putent*; & *quacunque* putorem *habent*.
[P]ute-us, *fons profundè fossus, aquam foràs non fundens*: 529. 780. Ziehe Brunn / Schöpff Brunn. [*ex H.* Pachath, *fovea, fossa*.] -ālis (& -ānus) 369. Schöpff-(Ziehe-) Brunnen-(wasser) -al (& āle, *sc. operimentum*) Brunnen decke. -ārius, Brunnen gräber.	Puteū, *propter aquam* putealem, *fodit* putearius, *sed eum* (*ne quis incidat*) *tegit* puteali.
[P]utr-ēre (& -escĕre) *interiùs resolvi & corrumpi*: Faulen / Faul werden / verderben. [πύθομαι] -is & -ĭdus, 820. Faul. -ēdo (*inis*, *f.* & -or, *óris*, *m.*) 294. die Faule / Faulung. [C]omPutrĕre (& -escĕre) verfaulen. [E]xPutrĕre (& -escĕre) auß Faulen. [I]nPutrescĕre, von innen (innwerts) Faul werden. [P]utrĕfăcĕre, Faul machen.	Putridū *est, quod* putredine, *h. e. nimia humiditate, corrumpitur. Qui ergò vivus* putrescere *vult, utatur* putrefaciente *nimio potu*: *huic* imputrescet, *intestina vivo* exputrescant, *tandem totus* computrescet.

[P]ūrus, *purissimè excoctus*: Fein. [*de metallis propriè usurpatur*: ἀπὸ πέπτω, *coquo, maturo*.]

[P]ygmæus 317. [πυγμαῖος] ein volck von kleinen Männlein (von drey spannen lang.)

Pyra [πυρά] L. Rogus.

Pyrămis (idis, f.) *monumentum quadratum, à lato imo in acutum desinens*: 408. ein viereckiger zugespitzter Thurm (oder Saul.) [πυραμίς]

Pyrenæi *montes*, 561. das hohe Gebirg zwischen Spanien und Franckreich.

Pyrites (*æ, m.*) *silex igneus*: Fewerstein. [πυρίτης]

Pyrus V. Pirus, *Pytina* V. Pityna.

Pyxis (*idis*: -idicŭla, *f.*) *vasculum tornatile operculatum*: 814 ein Büchse. [G. πύξις, à πύξος *buxus*, è quo primitùs fiebat.]

Pyxis arenaria: Strew-Büchse / Sand-Büchse.
-nautica: 578 See-Compas.
-dātus: Büchsen-ehnlich.



Q.

Qua V. Qui.

Quadantenus V. Tenus. *Quadra* V. Quatuor. *Quadrigæ* V. Iugum. *Quadringenti*, V. Quatuor. *Quadrupes* V. Pes.

Qua V. Qui.

Quærere, *indagare*: 11. 43. 129. 254. *sive ad-* (1) *inveniendum*, 678. 724 770. Suchen.
(2) *cognoscendum*, 505. 718. 778. Fragē.
[*utraq; significatio ex ἐρέω; cujus cōpos. ἐρευνάω, seu ἐξερέω, exquiro, scrutor.*]

-ritare,

Quod nescis, quære (2): *si opus etiam iterata* quæstion(e) (2) inquirere (2) *undecunque* exquirere (2)

-sītāre, *instanter quærere*: 164. 850. mit fleiß Suchen.

-stio (*pro Quæsitio*; -stiuncŭla) 589. 718. 728. 851. (1) das Suchen (2) Frage (3) Peinliche Frage.

-stus (*ûs*; *olim Quæsticulus*) *lucri studium*, 789. 798. geSuch/ geWerb/ geWinn/ geNuß.

-stuōsus, *lucrum ferens*: Gewinn bringlich oder bringend/ Gewinnig

-stuārius, *lucrū quærēs*: Gewiñ süchtig.

-sitor, *facinorosorum inquisitor*: verHörer/ Vogt/ Profoß im Krieg.

-stor, *idem*. 874. (2) *ærarij publici præfectus reditum conquisitor*) Rentmeister/ Schösser/ Zahlmeister.

-stūra, *quæstoris munus*: Rentmeisteren/ Schösseren.

-stōrium, Renterey / Renthauß / Rentmeister Ampt.

-storius scriba; ein Rentschreiber.

Quæso: ich erSuche (Bitte) dich: Lieber mein!

acQuīrĕre, *quærendo comparare*: überKommen/ erlangen/ Gewinnen.

conQuī-rĕre, *ut multa congerantur quærere*: 425. zusammen Suchen. (2) *milites conquirere*: Werben.

-sītor, 887. Werber.

-sītè, *diligenter*: genaw Gesucht/ Fleissig.

disQuī-rĕre, *per omnia quærere*: hin und wieder Suchen/ Forschen/ Fragen.

sitio,

& quibusq; cunq; modis disquirere (2) quæso, *ne pigeat*. *Quod nō habes*, *&* acquirere *optas*, quære (1) *plura etiam necessaria* conquire (1) perquirendo *varia loca*, *&* inquirendo (1) *ubiq; præsertim si rem amissam* requiris (1) Quæsitor quæritat *facinorosos*; exquisitosq; (1) *subjicit* exquisitæ (2) quæstioni (3) Conquisitor conquirit (2) *milites*; conquisitè, *dum necessitas urget*. Quæstura, *res* quæstuosa *est*, *aut facit* quæstuarios. *Quis enim* quæstorum (2) *est*, (*imò & quæ

-ſitio, (2) durchSuchung/ umbFragung.
exQui-rĕre, auß Suchen (2) auß Fragen.
-ſitus, *electus*: 501. außg Sucht / erSucht/ (2) auß Bündig/ außerleſen.
-ſitè, 690. außbündiglich/ Genaw.
inQuīrĕre, 277. 509. 593. 725. nachSuchen/ (2) nach Fragen/ nachForſchen.
PerQui-rĕre, 583 durch Suchen/ beSuchen.
-ſitor, durchSucher/ beSucher.
reQui-rĕre, 323. 673. 885. wiederSuchen. (2) erSuchen / erFordern / einem etwas zuMuthen.
-ſitum, 509. 831. erforderung/ zugehör.

storiorū *scribarum*) *qui non propriis* quæſtibus (quæſtubus) *inhiet?*

Qvæſo v. Qværere.

Qvăl-is, *cui ſimilis*: 581. Wie geſtalt? wie beſchaffen? wie thaner? welcherley. [ὁκοῖος]
-itas, *ſtatus, conditio, modus rei*: 491. Geſtaltheit/ Beſchaffenheit.
-iter, *quali modo*: 10. 852. Welcher geſtalt/ wie/ Gleichwie.
-itercunq; Wie es kan / wie doch/ wie es doch ſey/ etlicher maſſen.
-iterqvaliter, *idem*.
